reſcripto appoſita, quid importet.

6 Delegati plures cum clauſula, vt omnes vel vnus pcedere poſsit: ſi vnus incipit procedere, ille debet finire: aliàs alij nulliter procedunt.

7 Exceptio nullitatis ſententiæ, vel proceſſus ex defectu iudicis cauſata, ſemper poteſt opponi, etiam ſtāte ſtatuto, quòd contra ſententiam nulla opponatur exceptio.

8 Delegato procedēte ante præſentationem reſcripti delegatorij, proceſſus eſt nullus, parte opponente.

9 Proceſſus in contumaciam factus, ante nuntij relationem, eſt ipſo iure nullus.

10 Citatio obmiſſa, reddit actum iudicij ipſo iure nullum.

11 Statutum inducere non poteſt, vt feratur ſententia, contra abſentem non citatum.

12 Iudicium dicitur nullum, & ſententia quando iudex procedit ad prolationem ſententiæ cum magna celeritate, ſine percunctatione proceſſus, & ſine cauſa cognitione.

13 Procurator falſus, vel ſubſtitutus, à non habente poteſtatem, facit iudiciū cum eo agitatum eſſe nullum.

Exceptio falſi procuratoris, opponi poteſt antè & poſt ſentētiam, ad annullandum iudicium.

15 Falſus procurator, quis dicatur.

16 Procurator habens poteſtatem ſubſtituendi, non poteſt ſubſtituere ante litem conteſtatam, niſi hoc expreſsè in mandato dicatur.

17 Maritus agens vt procurator vxoris, cùm nullum haberet mandatum, facit iudicium eſſe nullum: licet vt legitimus adminiſtrator agere potuiſſet.

18 Filiusfamiliàs agens vel conuentus in iudicio, ſine conſenſu patris, facit iudicium eſſe nullum: & poteſt opponi tam ante, quàm poſt ſententiam.

19 Filiusfamiliâs poteſt eſſe in iudicio tā quam procurator alterius.

20 Filiusfamiliàs litigare poteſt ſuper ſpiritualis negotio.

21 Statutū, quòd mulier contrahere nō poſsit ſine propinquorum conſenſu, nō comprehendit mulierem alieno nomine contrahentem.

22 Contractus mulieris in regno Siciliæ cōtrahentis alieno nomine, valet ſine mundualdo.

23 Inſtantia perempta, poteſt iudex ferre abſolutoriam ab obſeruatione iudicij: & actorem condemnare in expenſis.

24 Iudicium geſtum cum procuratore excommunicato, an valeat.

25 Pupillus litigans in iudicio ſine tutore, facit iudicium ipſo iure nullum: & quando tutorem non habet, eius conſanguinei citari debent.

26 Sententia lata in fauorē pupilli, valet, ſine tutore: quādo pupillus eſt maior infante: aliâs ſecus. & nu. 31.

27 Pupillus in actibus concernentibus eius fauorem, habet legitimam perſonam.

28 Alienatio rei eccleſiæ ſine ſolennitate, valet, quando tendit in fauorem eccleſiæ.

29 Statutum requirens conſenſum propinquorum, in contractu mulierum, intelligitur de cōtractibus damnoſis: non autem vtilibus.

30 Mundualdus non requiritur, quando mulier facit cōtractum ſibi vtilē.

32 Iud



32 Iudicium agitatum ſine conſenſu patris, cum filiofamiliàs, tendens in eius fauorem, valet etiam ſi ſit minor.

33 Tutor non faciens ſolennia litigans pupilli nomine, facit iudicium eſſe nullū: & quæ dicantur iſta ſolēnia: & qualiter practicatur in regno.

34 Tutor non poteſt facere procuratorē ante litem conteſtatam, ſed actorem cum decreto iudicis: aliàs non valet iudicium.

35 Procurator, qui litem conteſtatus fuit in cauſa, ipſe in ſingulis actis citari debet: aliàs ſi citatur dominus, non valent acta: niſi procurator eſſet impeditus.

36 Curator ad litem pupillo qualiter dari debeat, vt iudicium valeat.

37 Delegata cauſa, per ſuperiorem, cenſetur aduocata ab ordinario.

38 Mortuo delegato, cauſa non reuertitur ad ordinarium: ſed ad principem delegantem.

39 Cauſam cœptam coram ordinario, non poteſt inferior à principe ad ſe aduocare.

40 Proceſſus factus contra exititios ciuitatis, ad inſtantiam creditorum in contumaciam, non valet.

41 Libellus ineptus in criminali: reddit iudicium nullum.

42 Libellus continens indeterminatum locum, valet: & improbationibus ſuppleri poteſt.

43 Libellus non continens nomen accuſati, vel occiſi, an procedat.

44 Libellus criminalis, an diem commiſsi criminis continere debeat, & an teneatur accuſator illum ad inſtantiam rei declarare.

45 Proceſſus factus contra eum, qui arripuit iter ad papam, eſt nullus.

46 Sententia lata de conſilio iuriſperiti, non valet, quando lectum eſt ſolùm conſilium: & nulla ſcribitur ſentētia poſt conſilium.

47 Dilatione pendente iudicium factū, eſt ipſo iure nullum.

48 Iudicium agitatum contra mortuū, eſt ipſo iure nullum: licet per viuū defendatur.

49 Iudicium nullum dicitur, quando factum eſt per delegatum impetratum per literas ſurreptitias: vel quādo delegatus non ſeruauit formam reſcripti delegatorij.

50 Sententia, in qua error iuris eſt expreſſus, reddit iudicium nullum.

51 Decretum iniuſtum contra ius litigatoris, eſt ipſo iure nullum. quod ſecus eſt in ſententia.

52 Ingrediens poſſeſsionem decreto iniuſto, punitur de vi turbatiua.

53 Hæreticus iudex facit iudicium, & proceſſum nullum.

54 Vſura, quòd ſit peccatum.

55 Filiusfamiliàs ſi conuentus eſt in iudicio criminali, etiam conſenſu patris, non valet iudicium, quando eſt minor.

56 Minor ſine curatore in iudicio criminali eſſe non poteſt.

57 Iudicium agitatum tempore vel die feriato, nullum eſt.

58 Feriæ inductæ ad honorem Dei, & ſeruantur in iudicijs, quæ ſint.

59 Proceſſus factus die feriato ad honorem Dei, etiam de conſenſu partium non valet.

60 Die feriata qui actus fieri poſſunt remiſsiuè.

Feriæ

61 *Feria vindemiarum & meßium, non ſeruantur in regno: & quæ hodie ſeruantur.*

62 *Di: feriato, omnes actus voluntariæ iuriſdictionis fieri, non poſſunt.*

63 *Feriæ ad honorem Dei, an per ſtatutũ vel conſuetudinem tolli poßint, ita quòd acta in illis diebus facta, valeant prout fit in curijs nundinarum. & numero 64.*

65 *Conſuetudo vel ſtatutum, an poßit tollere ius gentium vel diuinum.*

65 *Statutum an tollere poßit ferias inductas ad honorem Dei, & nu. 67.*

68 *Debitor fugitiuus capi poteſt, etiam die feriato ad honorem Dei.*

69 *Argumentum de pacto ad ſtatutũ, an valeat. & ſupra nu. 64.*

70 *Feriæ inductæ ad honorem Dei, an poſſunt tolli per ſtatutum.*

SExtadecima diſtinctio iudi-
1 ciorum eſt: *quia iudicium
aliud validũ: & aliud inualidũ,
ſeu nullum. Iudiciũ validũ eſt
illud in quo ſunt ſeruata omnia
ſolẽnia & ſubſtantialia iudicio
rũ. Inualidũ verò eſt, vbi aliquid
defficit ex dictis ſolẽnitatibus
ſecundum Bar. in l. prolatam. C.
de ſent. & Lud. Ro. in cõſ. ccxx.
in prin. vel quando agitatũ fuit
cum perſona minus legitima:
vt habetur in l. licet. C. de proc.
2 & dicetur plenius infrà. ¶*Super
iſta diſtinctione tangam ſolum
vnam q. quæ videtur neceſſaria:
videlicet, Quot modis
dici põt iudiciũ nullũ, ſeu ſentẽtia
nulla? & erit q. valde vtilis
pro inſtructione aduocatorum
qualiter impugnabunt iudicia.

Et quoniã de iure cõmuni poſſent
adduci multæ nullitates,
puta ex defectu litis cõteſtationis:
vel quia ſententia nõ fertur
in perſonam procuratoris, &
multas ſimiles: quæ hodie ſunt
ſublatæ in regno in cauſis ciuilibus:
ex quo proceditur ſola
facti veritate inſpecta: vt pluries
ſuprà fuit dictũ. Ideò cùm
hoc vtile opuſculũ deſtinauerim
principaliter ad vtilitatem
iudicũ & aduocatorũ regnicolarũ,
obmittã nullitates ſublatas:
& pœnam tãtùm illas, quæ
hodie ſeruantur in regno. Bene
verũ eſt, ꝙ in criminalibus, in
quibus ſeruantur iura communia,
ſeruarentur nullitates iuris
communis: de quibus tangã ali-
qua infrà ſuo ordine. ¶*Primò 3
igitur dicitur iudicium nullum
ſeu inualidum, ex defectu iudicis:
quod põt multipliciter procedere:
ſcilicet, vel quia iudex
nõ interuenit: quo caſu cùm iudicium
dicatur à iudice. nõ poteſt
dici ſine eius interuentu. c
forus. de verb. ſign. vel quia interuenit
iudex incompetẽs. quo
caſu totum iudiciũ ruit, niſi apparcat
de prorogatione: vt in
toto ti. C. ſi à nõ cõpe. iudic. vel
quia interuenit pro iudice aliquis
priuatus. l. priuatorũ. C. de
iuriſ. om. iud. vel quia iudex eſt
incapax ex aliquo defectu: qui
defectus in iudice poſſunt eſſe
plures. Quidã enim ſunt defectus
naturales: vt quia iudex ſit
furioſus, mutus, & ſurdus, vel
impu-



impubes: & iſti defectus quandocunque
obiiciantur, reddunt
iudicium retro nullum: etiam ſi
obiiciantur poſt ſententiam: &
poſtquam trãſiuit in rem iudicatã:
vt not. Spec. in ti. de excep.
§. ij. col. pe. verſ. hoc quoq;. & §.
nũc videndum verſ. ſed quæro. 5
& Abb. in c ſciſcitatus. col. iij. &
iiij. de reſcrip. & ibi etiam Fel.
col. iij. Pro hoc eſt tex. in l. cum
prætor. § non autem. & ibi Bal.
ff. de iud. Quidã ſunt defectus
accidentales, & inducti per ius
poſitiuum, vt quia iudex eſt infamis,
vel ſeruus, vel excommunicatus:
& tunc ſi iſti defectus
ſunt notorij & manifeſti, poſſunt
quãdocũq; opponi ad iudicium
inualidãdum. Quod tamẽ
intelligo in illis defectibus,
qui ipſo iure inualidãt iudiciũ:
prout, ſi iudex eſt ſeruus, vel ſi
eſt excõmunicatus: vt habetur
in c. ad probãdum. de re iud. &
in c. pia de except. lib. vj. & in d.
c. ſciſcitatus. Secus eſt in defectu
infamiæ: quia ſi non opponitur
ab initio ante lit. conteſt. valet
proceſſus, & iudicium. ita tenet
Spec. in tit. de iudic. deleg. §. excipi.
col. j. verſ. ſed nũquid infamis.
& Bal. in d. c ſciſcitatus. col.
ij. verſic. quæro an valeat &c. Si
autẽ iſti defectus ſunt occulti,
tunc diſtingue, vt per Ab. & Fe-
4 ly. in d. c. ſciſcitatus. ¶*Secũdò
dicitur iudicium nullum quando
iudex recuſatus vt ſuſpectus,
procedit ad vlteriora poſt propoſitam
ſuſpicionem: nã totus
proceſſus, quem poſtea facit, eſt
ipſo iure nullus. ita tenet Bar. ĩ
l. quia poterat. ff. ad Treb. & Ludo
Rom. in conſ. ccxx. col. ij. &
Pau. de Caſt. in cõſ. cxxj. in ij vo.
& Gemi. in c. iudex. de of. deleg.
lib. vj. & Alex. in cõſ. lxxxix. in j.
5 vol. ¶*Tertiò dicitur nullũ iudicium,
quando cauſa eſt commiſſa
pluribus iudicibus: cum
clauſula, quòd ſi non omnes ſimul
intereſſe poterint, alij iudicẽt:
prout communiter. ſolet
iſta clauſula poni in delegationibus
apoſtolicis: nã antè, quã
alij procedãt, debet eis cõſtare
de impedimento collegæ: aliàs
ſi procedãt antè, quàm collega
notificauerit eis ſuum impedimẽtũ,
eorũ proceſſus eſt nullus.
ita per illum tex. tenet Ab. in c.
prudẽtiam. in ij. no. & in fine illius
prin. de of. deleg. & Bart. in
l. multũ. in fi. ff. de condit. & demon.
& Fel. in c. ſciſcitatus. col.
vij. verſ. oportet notũ &c. de reſcript.
vbi multum plenè declarat
hãc materiam cum nõnullis
limitationib'. & ibi vide: & plenè
per Gemi. & doc. in c. cũ plures.
de of. dele. lib vj. & prędicta
procedũt in illa clauſula, quòd
ſi non omnes &c. Et ſic quando
conditionaliter loquitur commiſsio:
ſecus, ſi eſſet appoſita
alia clauſula, quæ cõmuniter ſolet
hodie apponi in literis apoſtolicis,
ſcilicet, vt oẽs, vel duo,
vel vnus procedant & iudicẽt:
& ſic non conditionaliter: quia
tũc cẽſetur data iuriſdictio ſingulis

gulis inſolidũ:quo caſu põt vn'
ꝓcedere.etiã ante notificationẽ
impedimẽti collegæ, & abſque
eius reqſitiõe.tex.eſt & ibi gl.in
ver.liberè.ĩ d.c.cũ plures.& Ab.
in d.c.prudẽtiã.ij.no.vide tamẽ
de præcedẽti clauſula, ꝙ ſi non
oẽs &c.quãdã addi.in deci.clx-
vj.Dñorũ de Rot.in nouis: quæ
incipit.Si duo ex tribus &c.vbi
tenet de mẽte Ioã.ꝙ valeret ꝓ-
ceſſus factus ante notificationẽ
impedimẽti.dũmodo in rei ve-
ritate impedimẽtũ ſit verũ:tamẽ
cõiter opin.doct.eſt illa quã ſu-
prà dixi:vt tenet Ab.in d.c pru-
6 dẽtiã.in fi illius prin.¶*Quartò
dicitur nullũ iudiciũ,quãdo cõ-
miſſa eſt cauſa pluribus iudici-
bus cũ clauſula,vt oẽs vel alter
procedere poſsit: quo caſu põt
vnus ſine alio procedere:vt mo
dò dixi in præcedẽti:nam tũc ſi
vnus incipit procedere, cẽſetur
præoccupaſſe iuriſdictionẽ: &
alij nõ poſſunt vlterius impedi-
re.& ſi alij poſteà procederent,
eorum proceſſus eſt nullus: niſi
primus ex iuſta cauſa eſſet im-
peditus.Tex eſt in d.c.cum plu-
res.de of.deleg.lib.vj,cũ ibi no.
per Gemi.in ij.vol.ver.in §.por
rò quæro &c.vbi hoc expreſsè
tenet.& Fely in d.c.ſciſcitatus.
col.fin.ver.& no.ꝙ ceſſante &c
7 ¶*Et adde his ĩcidẽter,ꝙ vbicũ
que exceptio nullitatis proceſ-
ſus vel ſentẽtiæ depẽdet ex de-
fectu iudicis,ſemper põt oppo-
ni,etiã ſi extaret ſtatutũ,ꝙ cõtra
ſentẽtiã nulla poſsit opponi ex-
ceptio,ita tenet Lu.Ro.in conſ.
xliij.col.j.Pet.Phili.Cor.in cõſ.
8 cxliiij.col.ij.in j.vol.¶*Quintò
dicitur iudiciũ nullũ, quãdo iu-
dex delegatus procedit ante
præſentationẽ reſcripti delega
torij:licet ſciat ſe eſſe cõſtitutũ,
delegatũ.Et licet procedat poſt
datam reſcripti.tamẽ non valet
proceſſus: quia ante præſenta-
tionẽ, nõ habet exercitiũ iuriſ-
dictionis.tex.eſt in c.ſuper eo.el
ij.& ibi Phil.in vl.no.de app. &
Fel.in c.ſciſcitatus.co.viij.de re
ſcrip.&Bal.in l.eũ,qui.ff.de iur.
om.iud. vnde licet ſuperueniat
poſteà reſcriptũ:tamen nõ vali
datur proceſſus anteà factus:
quia cẽſetur factus à priuato:ſe
cundũ Bal.in d.l.eũ qui.ver.iiij.
quęro &c.& Bal.in l.falſus.co.v.
ver.ſed pone.C. de furt. Qđ tñ
limita procedere,dũmodo pars
opponat de reſcripto nõ pręſen
tato:ſecus, ſi nõ opponeret: &
ſub ſilẽtio pertrãſiret:q̃ valeret
ꝓceſſus ita tenet Ang.in l.cũ fu
rioſus.ff.de iud.& Bal.in l.nec-
quicquã.§.vbi decretũ.in fi. ver
9 bis.ff.de of.ꝓcõſ.¶* Sextò dici-
tur iudiciũ nullũ,qñ iudex ꝓce-
dit ĩ cõtumaciã alicui⁹, nõ cõſti
to ſibi prius de cõtumacia:vt q̃
citauit eũ: & nũtius nõdũ fecit
relationẽ:&ſic nõ cõſtat ex actis
de cõtumacia:& iudex ante rela
tionẽ ꝓcedit ad ſentẽtiã,vel ad
alium actũ:tũc iudiciũ,vel actus
ita factus,eſt ipſo iure nullus.ita
tenet Bar.& Bal.ĩ l.multũ.ff.de
cõd.& dem.& Bar.ĩ l.hęc aũt.§.





nõ defendi.ff.ex qui.cau.in poſ.
ea.vbi expreſsè dicit, quòd pro-
ceſſus factus in cõtumaciã ante
relationem nuntij, eſt ipſo iure
nullus.& ſequitur Fely. in cap.
eccleſia ſanctæ Mariæ.colũ.viij.
ver.decimo.de conſt.Quod no-
ta:q̃a millies poteſt euenire.&
ſis cautus,quando vides actum
factũ in contumaciã, vt ſemper
perquiras an in actis ſit ſcripta
10 relatio nuntij. ¶*Septimò dici
tur iudicium nullũ,quando fuit
factũ ſine citatione partis:nam
citatio,eſt de iure naturali & di
uino,adeò quòd obmitti nõ po-
teſt.& ſic quilibet actus iudicia-
rius factus ſine citatiõe,eſt ipſo
iure nullus,per ea,quæ haben-
tur in cle.paſtoralis.de re iudic.
Pro hoc eſt tex. & ibi per Doct.
in l.de vnoquoque.ff.de re iud.
& l.ea,quæ.C.quomodo & quã-
do iudex.& l.ſi quãdo.& ibi Bal.
C.de teſti.& capitu.ij.de teſti.Et
quòd citatio ſit de iure naturali
vt non poſsit obmitti, quia eſt
ſpecies defenſionis. tenet Bald.
in l.cum fratrem.col.fi.verſicu.
dubitari cõſueuit.C.de his,qui-
bus vt indi.& Bal.in l.j. colũ.ij.
verſicu.ſed hìc quæritur, &c. C.
quomodo & quando iudex. vbi
11 plus dicit,quòd etiam* per ſta-
tutum non poteſt induci, vt fe-
ratur ſententia cõtra abſentem
non citatum.& Ioan. de Ana.in
ca.quàm pernitioſum.colum.j.
de vſur.& Socin. plenè in conſi.
cclxvj.col.xxj.verſicul.ſed tamẽ
12 præmiſsis,&c.in ij.vol.¶*Octa
uò dicitur iudiciũ nullũ & ſen-
tentia,quãdo iudex procedit ad
prolationẽ ſententiæ, cum ma-
gna celeritate ſine percunctatio
ne proceſſus, & ſine cauſæ co-
gnitione.ita tenet Bar.in l pro
latam.in fi.C.de ſen.quod dictũ
pleniſsimè examinat Fely.in c.
eccleſia ſanctæ Marię.colũ.vj.in
fi.cum tribus col.ſeq.de conſt.&
multa ſimilia adducit, & tãdem
concludit,quòd iudiciũ eſt nul-
lum,vt ſuprà dixi.& Alex.& Iaſ.
in l.iudices.C.de iudic.quod ta-
men limita & declara,vt Ab.in
ca.cùm ex literis.in viij. not.de
in integ.reſtit. vbi hoc declarat
procedere,quando iudex pror-
ſus ignarus de meritis cauſę ꝓ-
tulit ſentẽtiam:quia eſt ipſo iu-
re nulla, vt quia de ſero habuit
proceſſum,& in mane ſequenti
protulit ſententiam:ſecus,quan
do infra breue tempus protulit
ſententiã: quia oritur præſum-
ptio iniuſtitiæ,non tamẽ eſt nul
13 la:ſecundum eum.¶*Nonò dici
tur iudicium nullum, quando
fuit agitatum cum falſo procu-
ratore,qui nullum habuit man
datum:per ea,quę not.Bartol.&
Doct.in l.licet.C.de procura.&
Abb.in c.in noſtra.col.ij.de pro
cura.vbi in tantùm dicit iudiciũ
14 eſſe nullũ,quòd talis *exceptio
falſi procuratoris poteſt opponi
ante,& poſt ſententiam ad an-
nullandum iudiciũ.Idem tenet
Ioan.de Ana.in conſi.xcvj.& in
addi. Ludo. Bolog.poſt dictum
conſi.vbi pulchrè & per multas

15 remiſsiones declarat,* quis di-
catur falſus procurator. & dici
tur falſus etiam ille, qui habuit
mandatum:& poſteà fuit reuo-
catum:vt d.c.in noſtra.& ibi per
Abb.idem ſi incipit gerere ante
habitam notitiam mãdati:vt in
d.addi.Lud. Bolognini. poſt d.
conſi.xcvj.Idem,ſi eſſet procura
tor ſubſtitutus à non habente
poteſtatem ſubſtituendi,puta à
procuratore ante litem conteſt.
quia ante ſubſtituere nõ poteſt,
ſed poſteà ſic.l.quòd quis.& ibi
per Moder.C.de procurat. & in
ca.j.de procura.libro vj. & hoc
ſentit Ioan.de Ana. in d.conſil.
xcvj.colũ.ij. verſic.conſtat autẽ.
16 ¶*Super hoc autem nota inci-
denter vnam bonam practicam
in regno,in quo extat ritus ma-
gnæ curiæ vicariæ,in nume.121.
& incipit , Item ſi procuratori,
&c.quo cauetur, quòd ſi conſti-
tuens procuratorem,dat ſibi po
teſtatem ſubſtituendi,nõ poteſt
talis procurator ſubſtituere an-
te litẽ cõteſta. niſi expreſsè di-
catur in mandato , quòd poſsit
ante litem cõteſt. quod dictum
tene perpetuò menti in practi-
ca :quia multi , qui non habent
notitiã illius ritus,errãt in hoc:
quia quilibet diceret contrariũ,
ad hoc,vt verba aliquid operen
tur:iuxta l.ſi quãdo. ff. de leg.j.
& per dictũ ca.j.de procur.libr.
vj.quod in hoc videtur corrigi
per dictũ ritum.& ſic poſſes im
pugnare & inualidare proceſ-
ſum, quando faceret contra te.

17 ¶*Decimò dicitur iudiciũ nul-
lum,quando maritus egit tan-
quam procurator vxoris,cùm in
rei veritatem non haberet man
datũ:nam proceſſus eſt nullus,
dato quòd potuiſſet agere , vt
maritus & legitimus admini-
ſtrator:nec ſaluatur illa via , qa
maritus: & imputatur ei,quare
talẽ viã elegit agẽdo,vt procu-
rator,ita ſingulariter tenet Lu-
douic.Rom. in cõſilio ccccxlvj.
18 ¶*Vndecimò dicitur iudicium
nullum,quando filiusfamil.agit
vel conuenitur in iudicio ſine
conſenſu patris, quia talis con-
ſenſus requiritur pro legitima
tione ſuæ perſonæ,& ſi non in-
teruenit,iudicium eſt nullum:
de qua nullitate poteſt opponi
quandocunque tam antè,quàm
poſt ſententiam.ita tenet Spec.
in tit. de except.§.dicto.colũ.v.
verſicu.quid de illa.& in titu.de
actore.§.j.col.x.ver.ſed & filiuſ-
fami.per l.fi.§.neceſsitate.C. de
bonis,quę liber.& ibi plenè per
19 Bal.¶* Quod tamen limitatur
procedere , quando filius agit
proprio nomine. Secus,ſi inter
uenit in iudicio , tanquam pro-
curator alterius:quia nõ requi-
ritur conſenſus patris:vt eſt tex.
in c.qui generaliter.§.j.de proc.
20 libro vj.*Idem, quãdo agit vel
conuenitur ſuper aliquo nego-
tio ſpirituali.tex.eſt in c.fi.in fi.
de iud.li.vj.& plures fallentias,
in quibus poteſt filius eſſe in iu
dicio ſine conſenſu patris , vide
per Spe.in tit.de actore.§.j.verſ.
vbi



vbi ſuprà.& tex.in authẽ.quod
locum & ibi Iaſ.co.vj.in fi.C.de
21 collat.* quòd facit ad id quod
in ſimili dicimus ĩ muliere,quæ
eſt ex forma ſtatuti , non poteſt
contrahere ſine conſenſu pro-
pinquorum:quia illud intelligi
tur, quando contrahit nomine
ꝓprio:ſecus, ſi nomine alieno,
puta tutorio vel procuratorio,
nomine.ita tenet Alexan.in d.l.
quæ filium.col.ij.ff de in iusvo.
& Pau.de Caſt.in l.quicũque.§.
22 ſi ab alio.ff.de inſtito.¶*Et ꝓ
hoc infero ad diſpoſitionem ri-
tus magnæ curiæ vicariæ:ſecun
dum quem eſt communis obſer
uantia in regno,ꝙ mulier viuẽs
iure Lõgobardo,nõ poteſt con-
trahere ſine mũdualdo:nam illũ
ritũ & obſeruãtiã intelligo pro-
cedere,quãdo mulier cõtraheret
proprio nomine . ſecus alieno.
23 per præd.¶*Duodecimò dicitur
iudiciũ nullũ,quando ſentẽtia
fuit lata poſt perẽptã ĩſtãtiã.gl.
eſt & ibi Bar.& Bal.& commu-
niter Moder.in l.properandum.
in prin.C.de iud.pro hoc Bald.
allegat ibi tex.ĩ l.ſcire oportet.
§.conſequens.ff.de excuſa.tuto.
Idem tenet Alex.in cõſi.lxxxij.
in prin.in iij.vol.plus dicit Bal.
in d.l.properandum.col.ij.verſ.
ſecundò quæro.quòd etiam in
cauſa appellationis ſentẽtia la-
ta,poſt appellationẽ deſertã, eſt
ipſo iure nulla.Quod tamẽ in-
tellige de ſententia diffinitiua
ipſius cauſę principalis:quia illa
nõ poteſt ferri poſt lapſum in-

ſtantiæ, ſed bene poteſt iudex
ferre ſententiam abſolutoriam
ad obſeruationẽ iudicij, & con-
demnare partem actricẽ ad ex-
penſas:vel illam partem , cuius
culpa inſtãtia fuit perempta:ſe-
cundum Bartol.& communiter
Doct.in d.l.properãdum.§.illo.
& Lanfr.in c.quoniam cõtra.in
fi.verbis.de prob.& Alex.in cõſ.
cxxxvj.col.j.in ij.vol.& in cõſi.
24 lxvj.col.j.in v.vol.¶*Tertiode
cimò dicitur iudicium nullum,
quando fuit geſtum cum procu
ratore excõmunicato:quod ta-
men intellige,quando tempore
conſtitutionis erat excommuni
catus,quia tunc ipſo iure nõ te-
nuit cõſtitutio procuratoris , &
per conſequens remanet procu-
rator falſus.& ſic proceſſus non
valet:ſicut dixi ſuprà de procu-
ratore falſo.Secus , ſi poſt man-
datum ſuperuenit excommuni
catio procuratori : quia valent
acta,ſi non opponatur : ſed ante
mandatum nõ valent ipſo iure,
ſiue opponatur,ſiue non.Ita hęc
omnia tenet Abb.in ca.poſt ceſ-
ſionem.col.antepen.& penulti.
& fi.de prob.& ibi etiam Felyn.
qui magis clarè loquitur.Et pro
cedunt prædicta,ſiue ſit procu-
rator ex parte actoris , ſiue ex
parte rei ſecũdum Abb.in dict.
cap.poſt ceſsionem.col.antepe-
nult.in fi.verſi.ſed dubiũ eſt,&c.
25 ¶*Quartodecimò,dicitur indi
cium nullum.quando eſt agita-
tum cũ pupillo ſine tutoris au-
thoritate.l. cùm & minores.&

ibi Bal.C.ſi aduerſus rem iudic.
& l.j.C.qui legi.perſon.habent
ſtandi in judic.& l.clarum.C.de
autho.præſtan.nam quando pu-
pillus habet tutorem,debet iudi
cium agitari cũ tutore.& ſi non
habet , debent citari coniuncti
ipſius pupilli,vt conſtituatur in
contumacia aliàs citatio ſolius
pupilli,nihil valet.l.hæc autem.
§.j.ff.ex quibus cauſis in poſſeſſ.
eat.& ibi Bar.idem tenẽt Alex.
& communiter Doct.in l.neque
impuberes.ff.de in ius voc.& in
l.ſi ex legati.cum l.ſeq.ff.dever-
borũ oblig.& in l.contra pupil-
lum.& ibi etiam Ioã.de Imo.de
re iudic.& ita communiter tene
tur,reprobata opin.Bar,in l.j.§.
ſufficit.ff.de adminiſt.tu.qui te
nebat poſſet citari ſolum pupil
lum, quem in ſpecie reprobat
Alex.ĩ d.l.neque impuberes.Et
ad prædicta,ſcilicet quòd nullũ
actum judiciariũ poteſt facere
pupillus,eſt tex.& ibi per Mod.
in l.iuſiurãdum.§.pupillus.ff.de
iureiurãdo.& vide omnino de-
26 ciſio.cclxij.conſi.Neap. ¶ *Præ
dicta tamen limita,quando iudi
cium tenderet in damnum pu-
pilli:quia tunc verum eſt , quòd
non valet ſine tutore.Secus eſt,
quando tendit ad vtilitatẽ:quia
tunc valet,vt puta, qua fuit lata
ſentẽtia pro pupillo:ita eſt tex.
& ibi Bar.& Bal.& Moder.in l.
non eo minus.C.de procurat.&
Bat.& Bal.in l.ſi tutor,C.in qui-
bus cauſis in integ.reſti.non eſt
27 neceſſ.*& eſt ratio,quia in acti-
bus cõcernentibus fauorem pu-
pilli.dicitur habere legitimam
perſonam:ſecundum Bal.& Iaſ.
& l.contra iuris.in princip.ff.de
pact.per tex.inſtitu.de authori.
28 tuto.in princip.*& in d.l.cõtra
iuris.infert Bal.idem eſſe in ec-
cleſia,vt ſi fuerit alienata res ec
cleſiæ,ſine ſolennitate,quæ alie
natio tendit ad eccleſiæ vtilita-
tem,valet.Idem tenet Iaſ.in d.l.
iuſiurandum.§.pupillus.col.fin.
ff.de iureiurand.vbi idem dicit
de geſtis ab intruſo in fauorem
eccleſiæ. de qua materia, vide
Abb.in cap.cauſam.col.penul.&
29 fina.de iudiciis.¶* Similiter p
prædicta infertur ad ſtatutũ,re-
quirẽs conſenſum propinquorũ
in contactu mulierum:quia in-
telligitur in cõtractibus damno
ſis mulieribus:ſecus in cõtracti-
bus vtilibus,ita tenet Bald.in l.
neque.C.de contrahen.& com-
mitten.ſtipul.& Ange.& Imol.
in l.mutuum.§.fin.ff.de acquir.
30 hæred.*Et per illud dictũ Bald.
infero ad diſpoſitionẽ ritus ma
gnæ curiæ requirẽtis mundual-
dum in cõtractu mulieris : quia
ſi aliqua mulier faceret aliquẽ
contractum vtilem ſibi, valeret
ſine mũdualdo.quod nota,quia
31 millies poteſt accidere. ¶ * Itẽ
illud, quod dixi , valere iudiciũ
tendens in fauorem pupilli, ſi-
ne tutore, intellige procedere,
quando pupillus eſſet maior in-
fante. Secus, ſi eſſet infans,quia
tũc æquiparatur furioſo:ex quo
nullũ habet intellectum : vnde
non



nõ valet ſententia,etiam in ſui
fauorem lata.ita tenent Alex.&
Iaſo.in dicta l.non eo minus.&
Alexan.in l.furioſo.ff.de re iud.
& Bald.in d.l.neque.C. de con-
trahen.& committen.ſtipul.per
tex.in §.pupillus.inſti.de inutil.
32 ſtipul.¶*Item,prædicta exten-
duntur procedere etiã in filio-
familiàs:vt ſi eſt agitatum iudi
cium cum eo,ſine conſenſu pa-
tris, etiã ſi eſſet minor,valet in
ſui fauorem.Ita ſingulariter te-
net Alexan.in conſi.lix.col.ij.in
ſecundo volu.quod nota pro li.
mitatione l.fin.§.neceſsitate.C.
de bonis quæ liberis.& eorum,
quæ dixi ſuprà,in xj.nullitate.
33 ¶*Decimoquintò, dicitur iudi
cium nullum, quando fuit agi-
tatum cum tutore,qui non fecit
ſolennia:vt quia non ſatiſdedit
rem pupilli ſaluã fore:non fecit
inuentarium,nõ fuit ſibi decre-
ta adminiſtratio per iudicem:vt
dicit Bald.in l.ſi tutor.C.in qui
bus cauſis in integ.reſtit.nõ eſt
neceſ.de quibus ſolennibus ha
betur per Bart.in l.legitimos.ff.
de legi.tutor.Nam in iſto caſu,
dato quòd talis gerebat ſe pro-
tutore:ſi tamen fuit lata ſenten
tia cõtra eum, talis ſentẽtia eſt
ipſo iure nulla,& non nocet pu
pillo.tex.eſt in d.l.ſi tutor.& ibi
Bar.& Bal.& iſtud dictum tene
mẽti ꝑpetuò:quia poteris mil-
le proceſſus impugnare,quia ra
rò inuenitur hodie tutor,qui fa
ciat iſta ſolennia.& de hoc eſt
vnus ritus magnæ curię vicarię,
in num.213.qui incipit,Item,ſer
uat ipſa curia,quòd cùm aliquis
tutor,&c. q vult,quòd tutor nõ
admittatur ad litigãdum in iu-
dicio tutorio nomine,niſi prius
doceat de ſolennibus : ad quod
docendum datur ſibi nouus ter
minus:ad quodvide deceſ.cclvj.
34 conſi.Neapol.¶*Decimoſextò
dicitur iudicium nullum,quan-
do eſſet agitatum cum procura
tore cõſtituto ab aliquo tutore,
ante litem conteſta, quia tutor
nõ poteſt facere procuratorem
antè litem conteſta.in cauſa pu-
pilli:ſed debet cõſtituere actorẽ,
in quo actore requiritur decre-
tum iudicis,aliâs vitiatur conſti
tutio,& nõ valet proceſſus.pro
hoc eſt tex.& ibi Bar.& Doct.in
l.neque tutores.C.de procur.&
gloſſ.in l.ſi actor.C.de appellat.
& tex.in §.fi.inſtit.de curato.&
habetur in deciſio.cclxij.conſil.
Neapol.verſi.iij.ille, &c.Pupil-
lus verò cũ authoritate tutoris
poteſt ante litem conteſta.con-
ſtituere procuratorẽ : vt dicta l.
neq; tutores.& hanc materiam
plenè tetigi ĩ repet.mea,lege, ſi
actor.ff.de procura.in ij.colum.
35 ¶*Decimoſeptimò,dicitur iudi
cium nullum,quando fuit agita
tum cum procuratore, vſque ad
litis cõteſtationem incluſiuè, &
poſtea in aliis actis citatur do-
minus,& nõ procurator:quia ſi
dominus non comparet, & fit
proceſſus in contumaciam, non
valet , quia poſtquam procura-
tor eſt cõteſtatus litem,ipſe de-

bet

bet citari in actibus ſucceſsiuis, qui eſt effectus dominus litis,& non dominus cauſæ,& ſi aliter fit,non valet proceſſus.ita tenet Barto.in l.procuratoribus.C.de procurat.& Bart.in l.mutari.ff. de procurat.& in l.furioſo.ff.de re iudic.& Bald.in l.ſi quando. in vij.queſt.C.de teſti.& Abb.in cap.ij.colum.penult.& ibi etiã Fely.de teſti.quod tamen intelligitur,niſi procurator eſſet abſens vel infirmus,quia tunc poteſt citari dominus : ſecundum Alexan in d.l.procuratoribus.& Gemi.in cap.ſi quidem.§.ſecus. in vj.no.de procur.lib.vj.& dixi in d.l.ſi actor.ff.de procur.col.ij.
36 in fi.¶*Decimooctauò,dicitur iudiciũ nullum,quando fuit datus curator ad litem pupillo minus legitimè : vt quia pupillus non petit:quia curator ad litem non datur,niſi pupillo petenti: ſecundum Bato.in l.qui habet. §.ſi pupillus.ff.de tutel.verùm aduerte : quia in ſacro conſilio Neapolit.ille tex.in d.§.ſi pupillus.cum ibi not.per Bar.intelligitur procedere in caſu ſpeciali,in quo loquitur tantùm:ſcilicet,quando pupillus haberet litem cum tutore,tũc opus eſt, vt petat curatorem ad litem:aliàs non datur non petẽti. Secus eſt, quando pupillus haberet litem cum alio extraneo:quia tũc poteſt iudex ſibi etiam non petẽti dere curatorẽ ad litem.Verùm ad inſtãtiam partis aduerſæ debet iudex facere mandatum pupillo,quòd veniat ad petendum curatorem ad litem:& ſi comparuerit,dabit ſibi illum,quem petierit.Si verò nõ comparet,tunc iudex ex officio dat ſibi curatorem ad litem:iuxta formam l.j. C.qui pet.tuto. Hæc omnia habentur in deci.cclvj.conſi.Neapolit.& per.Bal.in l.ait prætor. §.permittatur.in primo nota.ff. de mino.Et prædicta intelligun tur de pupillo maiori infante: vt habetur ĩ d.deci.cclvj.nam ſi pupillus eſt infans, non poteſt ſibi dari curator ad litẽ:ſed debet peti ſibi dari tutorem:vt tenet Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de reo.§.j.col.v.in addi.quæ incipit,authoritate.& Bal.in c. j colum.vj.in fin.verſic.de citatione,&c.de mili.vaſ.qui contu. eſt.& habetur in deci.cclxij.cõſil.Neapo.verſi.ij.dicitur,&c.Et iſte eſt alius modus annullandi proceſſum ſcilicet,quando eſſet datus curator ad litem infanti: quia dari non poteſt niſi in vno caſu : ſcilicet quando tutor non poſſet reperiri : vel quando bona pupilli ſtarent ſub periculo: ſecundum Bal.in d.c.j.verſic.de citatione.vbi ſubdit,quòd tunc debet dari curator, cum interuentu conſanguineorũ pupilli. Hinc dicit Bal.in l.donatarũ.ĩ fi.C.de acquir.poſſ.quòd quando aliquis litigat cum infante, omnes actus debẽt fabricari in perſonã ſolius tutoris : nõ autẽ in perſonam infantis cum authoritate tutoris.Hodie autem in



in regno extat diſpoſitio ritus magnæ curiæ,in nu. 10. qui incipit,Itẽ,quòd pupillus, &c.per quem diſponitur,ꝙ curia prouidet pupillis de curatore ad litẽ, aſſerentibus ſe carere curatoribus:& talis prouiſio fit ſine difficultate & ſine cauſę cognitione vnde per diſpoſitionem illius ritus iudex poteſt indiſtinctè prouidere pupillis de curatore ad litẽ,ſiue petãt,ſiue nõ: quia dicit, ſine difficultate & ſine cauſæ cognitione,verũ non puto, ꝙ per illum ritũ ſit conceſſum dari curatorẽ infanti:quia dicit, pupillis aſſerentibus ſe carere curatoribus.nam talis aſſertio non poteſt fieri per infantẽ, qui nullũ habet intellectũ. vnde de neceſſitate ille rit⁹ intelligitur de pupillo maiore infante.& iſta no-
37 ta:qa ſunt quotidiana.¶*Decimononò, dicitur iudiciũ nullũ, quãdo cauſa eſt aduocata à iudice inferiore,per ſuperiorem : vt quia princeps delegat aliquam cauſam ſpectantẽ ad ordinariũ, alicui delegato: nam per talem delegationem cenſetur priuaſſe ordinarium iuriſdictione, quo ad illã cauſam: & cenſetur cauſam ad ſe aduocaſſe : idẽ ſi ipſe ſuperior cœpit de cauſa cognoſcere.ita tenet Bal.in ca. j §. ad hoc.col.iiij.de pace iura. fir. & Abb.in c.cùm M.Ferrarien.col. pe.in fi.de conſt.& idem Abb.in c.cum dilectus.in vltimo not.de purga. cano. pro hoc videatur tex.in c.paſtoralis.§.prętereà.& ibi Fely.de offic.dele.& Fely.in c.quoniã Abb.in fi.eo.ti.& Lud. Roma.in cõſi. cccxxx.col.iij. & conſ.cccxxxv.& Bal.in l.ſi vt proponis.la j.col.iij.verſ quæro papa, &c. C. quomo. & quando
38 iud.vbi plus dicit Bal.ꝙ * mortuo delegato,cauſa non reuertitur ad ordinarium, ſed vadit ad principẽ delegãtem. adde Iaſo. in l.more maiorũ. col. fin.ff. de iuriſd.om.iudi.In iſto igitur caſu,ſi ordinarius inferior faceret proceſſum in dicta cauſa aduocat a per ſuperiorẽ, tale iudiciũ eſſet ipſo iure nullũ,tanquã agitatũ à priuato.Tex.eſt,& ibi Ab. & Phili.in c.vt noſtrũ.de app.& probatur in l. iudiciũ ſoluitur,
39 ff.de iud.¶*An autem inferior à papa,vel à principe, poſsit indiſtinctè cauſam cœptam corã ſuo inferiore ad ſe aduocare,puta ſi archiepiſcopus vellet ad ſe aduocare cauſam,quæ agitur coram epiſcopo?Dic ꝙ non ita tenet Phi.in d.c.vt noſtrũ.col.iiij. verſ.tertiò quæritur.vbi limitat non procedere in vicario : quia epiſcopus poteſt cauſam cœptã corã ſuo vicario indiſtinctè ad ſe aduocare:& idẽ tenet ibidem
40 in j.col. ¶*Viceſimò,dicitur iudicium nullum, quãdo eſt factũ contra exititios ſeu expulſos de ciuitate, ad inſtantiam alicuius creditoris in contumacia , quia ex quo non tenentur comparere,quia locus non eſt eis tutus, non valet proceſſus factus contra eos.ita tenet Bar.in l.ſi co.ij. verſ.

verſic.ſed iuxta hoc quæro, &c.
ff.de in integ.reſtitu.de qua ma
teria vide Fely.in c.accedens. el
ſecundo.vt lite non conteſt. vbi
tractat an & quando iſti tales te
neantur per procuratorem com
41 parere.¶*Viceſimoprimò,dici
tur iudicium inualidum, & nul
lum,quãdo fuit agitatũ in cauſa
criminali ſuper libello inepto:
vt quia non fuit appoſitus in eo
locus ſeu tempus, ſecũdum for-
mam l.libellorum.ff.de accu.vt
d.l.libellorum.§.quòd ſi libelli
& ibi Bar.vbi dicit,quòd ipſo iu
re eſt libellus ineptus,&iudiciũ
nullum, etiam ſi non oppona-
tur.de cuius dicti veritate, quia
multi tenent cõtrarium,ſcilicet
quòd opus eſt, ꝙ opponatur,vi-
de plenè per Soc.in conſi. cxlvj.
42 col.vj.& vij.in j volu. ¶*Quid
autem,ſi apponeretur locus in
determinatus in libello?dic, ꝙ
valet libellus,& poteſt ſuppleri
in probationibus, ſecundũ Soc.
43 in d.conſ.cxlvj.col.pe.¶*Quid
autem,ſi non ſit expreſſum no-
men proprium accuſati vel ho-
minis occiſi:vt puta, quia igno-
rabatur,an ꝓcedat libellus?vide
plenè per Fel.in c. auditis. col.
44 xvj.& xvij.de præſcrip.¶*Dicit
tamẽ Bar.in d.l.libellorum.col.
j.quòd dies commiſsi criminis
non debet apponi in libello. &
valet libellus ſine eo. Verũ idẽ
Bar.in l.is,qui reus.col.v.in fin.
ff.de pub.iud.tenet,quòd ſi reus
petit edi ſibi diem commiſsi cri
minis, ad hoc vt poſsit facere
ſuas defenſiones,tenetur accuſa
tor exprimere diem ad inſtan-
tiam rei. & illud dictũ ſequitur
Iaſo.in l.ij.§.ſi quis Epheſi.ff.de
eo quod cer.lo. Contrarium ta-
mẽ & melius tenet Ioã.de Imo.
in d.l.is,quis reus.col.xxiij.in fi.
ſcilicet, quòd non teneatur ex-
primere diem accuſator, etiam
ad inſtantiam rei:& iſtam con-
trariam partem puto veriorem:
quam tenet etiam Ale.in d.l.is,
45 qui reus.in addi.ad Bar.¶*Vice
ſimoſecundò, dicitur iudicium
nullum, quando eſt factum con
tra eum, qui arripuit iter ad ſe-
dem apoſtolicam: nam interim
dum vadit ad papam, eximitur
ab omni iuriſdictione iudicis in
ferioris, & eſt ſub protectione
papæ.vnde proceſſus, qui con-
tra eum fieret in patria ſua, eſt
nullus.tex.eſt & ibi Abb.& doc.
46 in c.meminimus.de app.¶*Vi
ceſimotertiò, dicitur iudicium
nullũ,quo ad ſententiam,quan-
do ſententia eſſet lata de conſi-
lio alicuius iuriſperiti,& reperi
tur in proceſſu latum ſolùm cõ-
ſilium,& poſt conſiliũ non eſſet
aliqua ſentẽtia iudicis,qui pro-
nuntiaret ſecundum formam il
lius conſilij:nã proceſſus rema-
net indeciſus perinde, ac ſi non
eſſet lata aliqua ſententia. & ſic
non poteſt fieri executio.ita de
hoc eſt vnum pulchrum conſil.
Ang.in conſi.ccxlix.incipiente,
domina libertina. & habetur ꝑ
Fely.in c. cùm venerabilis. col.
xvj.cum tribus ſeq.de except.&





iſtud nota perpetuò: quia quoti
die euenit,maximè in curijs,in
quibus ſunt iſti officiales idiotę
qui ferunt ſententias de conſi-
lio iuriſperiti, & ſolùm legunt
cõſilium, & magiſter actorum:
ſcribit, lecta & lata fuit ſuprà
ſcripta ſententia,&c.cùm in rei
veritate nulla ſit ſentẽtia lecta,
ſed ſolùm conſiliũ, quod nõ eſt
ſententia. vnde poteris oppone
re & impedire executionem. Et
ego bis obtinui.non ſunt multi
dies,quibus impediui duas exe-
cutiones per dictam oppoſitio-
nẽ. vnde ſint cauti iudices idio-
tæ,vt in calce cõſilij faciant ſcri
bi,Nos talis iudex,&c. ſentẽtia
mus & pronuntiamus, prout in
ſuprà ſcripto cõſilio cõtinetur,
& deinde ſe ſubſcribat:nam iſta
pauca verba habent vim ſenten
tiæ: aliàs nulla eſſet ſententia.
Adde prædictis Iaſo.in l.nec qę-
quam.§.vbi decretũ. col. xv. ff.
de offi.proconſul.& reliqua de
hac materia, vide quæ dicam in
frà in vltima parte.in verſi.ſen-
47 tentia.¶*Viceſimoquartò,dici-
tur iudicium nullum,quãdo eſt
agitatũ dilatione pẽdente: quia
dilatione pendente officium iu
dicis conquieſcit,& interim at-
tentatũ eſt ipſo iure nullũ.text.
eſt vbi hoc tenet Bald. in l. ſiue
48 pars. C. de dila ¶*Viceſimo-
quintò,dicitur iudiciũ nullum,
quando eſt agitatũ contra mor-
tuum:licet defendatur per viuũ.
vnde ſi tempore latæ ſententiæ
is, qui ſententiam contra ſe re
portat, reperitur mortuus, eſt
ipſo iure nulla.tex.eſt in l.in ſum
ma.§.fi.& ibi ꝑ doc.ff.de re iudi.
& l.pen. ff. quæ ſent. ſine appel.
49 reſci.¶*Viceſimoſextò,dicitur
iudicium nullum,quando eſt fa
ctum per delegatum impetratũ
per literas ſurreptitias: vel quã
do delegatus non ſeruauit for-
mam reſcripti delegatorij.text.
eſt in c.cũ dilecta.& ibi Abb. in
iiij.no. & plenius ibi per Felyn.
50 de reſcri. ¶*Viceſimoſeptimò,
dicitur nullum iudiciũ, quo ad
ſententiã:quando in ea eſt pro-
ceſſus error iuris.text.eſt in l.ij.
C. quando prouo. nõ eſt neceſſ.
& intelligitur, quando eſt talis
error,qui poteſt legi oculo cor-
porali.non enim ſufficit oculus
intellectus.ita declarat Ale. vbi
plures limitationes ponit, in l.
cùm prolatis.col.iij.ff.de re iud.
& Abb.in c.j.col.iij.de re iudi.ſi
tamen eſt cõtra ius litigatoris,
vt quia error non apparet ocu-
lo corporali, valet: licet ſit ini-
qua:vt d.l.cùm prolatis.& habe
tur per doc.in c.inter cęteras.de
re iudi.tamen poteſt is,qui eam
obtinet,denuntiare eccleſiæ per
denuntiationem euangelicam,
vt reſtituat qđ vigore talis ſen-
tẽtiæ habuit: quia cum peccato
tenet. ita habetur in deciſio.xx-
51 viij.conſi.Neapolita.col.ij.*ta-
mẽ hoc limitatur procedere in
ſententia,ſecus in decreto: quia
ſi interponitur decretũ ex fal-
ſa cauſa cõtra ius litigatoris, eſt
ipſo iure nullum: licet error nõ

exprimatur,ſecũdum Bart.in l.
Fulcinius.§.ij.circa fi.ff.quibus
ex cauſis in poſſ.ea. quem ſequi
tur Alexand.in conſi. lxxxv. in
princ.in ij.volu.pro hoc eſt tex.
in l.j.§. hæc verba. ff.ne vis fiat
52 ei.*idẽ tenet Soci.in conſ.xviij.
colum viij. in j.volu.vbi ponit
pulchrũ caſum de ingrediente
poſſeſsionẽ authoritate decre-
ti iniuſti, vt poſsit puniri de vi
turbatiua,& decretũ non valet.
53 ¶*Viceſimooctauò, dicitur iu-
dicium nullum,quando eſt agi-
tatum coram iudice hæretico.
ita tenet Specu.in titu.de aduo.
§.j.col.j.verſic.item obiicitur in
54 fi.*quod nota, quando extaret
iudex aliquis, qui non crederet
aliquem articulum fidei:vel qui
fortè diceret vſuras,nõ eſſe pec
catum:quia per hoc cẽſetur hæ
reticus,& poteſt opponi contra
eius iudiciũ. ita habetur in cle.
j §.fi.& ibi plenè Cardi.de vſur.
vbi hoc limitatur procedere,
quando quis pertinaciter id di-
ceret.Secus,ſi ioco vel lapſu lin
guæ: quia tunc non eſt hæreti-
cus.& ibi plenè Cardi. declarat
quis dicatur hęreticus.& Old.in
cõſi.cviij.& per Be.Tho.ij.ij.q.
v. articulo iij. & quòd vſura ſit
peccatum mortale,habetur per
eundem Bea Tho.ij.ij.q.lxxviij.
55 articulo primo.¶*Viceſimono-
nò, dicitur iudicium nullum,
quando fuit agitata aliqua cau
ſa criminalis contra filium fa-
miliàs minorem:quia licet in iu
dicio tali interuenerit conſen-

ſus paris, tamen adhuc proceſ-
ſus eſt ipſo iure nullus: quia in
criminalibus non ſufficit autho
ritas patris,quando filius eſt mi
nor,ſed debet ſibi dari curator:
ita tenet Bal.in cõſi.ccccviij.in-
cipiente, Factũ ſic proponitur,
&c.in iij.vol.& ſentit Bal.in l.ſi
infanti.col.ij.ver.& ideò aduer-
56 te &c.C.de iure delib.*Hinc di
cit Bal.in l.clarũ.C.de auth.præ
ſtã.in ij.not.ꝙ minor nõ põt eſ-
ſe aliquo modo in iudicio crimi
nali ſine curatore.& tenet plenè
Pet.Phili.Corn.in cõſ.cxcviij in
iiij vol. vbi plenè examinat de
cõfeſsione minoris in crimina-
libus,an valeat,& an poſsit re-
57 uocari ¶*Triceſimò,dicitur iu-
dicium nullum,quando eſt agi-
tatum in tempore vel die feria-
to,maximè ad honorem Dei, ſe
cundum Spec.in titu.de citatio-
ne.§.j.col.vij.verſic.item excipi
tur,ꝙ facta eſt,&c.per tex. in c.
58 fi.de fer.& in l.fi.C.de fer.*Quę
autem feriæ ſunt in obſeruãtia
ad honorem Dei,vide Abb.in c.
conqueſtus. de fer. & inter alia
dicit Abb.ibi in iij.col.quòd to
ta ſeptimana ſancta, & omnes
illi dies infra octauam paſchæ,
ſunt feriati ad honorem Dei.Si
militer in feriis inductis ad ho-
norem hominum,prout ſunt fe
riæ meſsium & vindemiarum,
de quibus in l.j.& ij.ff.de feriis.
Verùm illæ feriæ hominum,nõ
ſunt ita potentes, ſicut feriæ ad
59 honorem Dei.* quia feriis ad
honorem hominum, poteſt de
conſen



cõſenſu partium renuntiari, &
valet proceſſus factus de cõſen-
ſu partium,ſed feriis ad hono-
rem Dei non poteſt renuntiari:
nec valet proceſſus factus etiam
de conſenſu partium:vt no.Spe.
in tit.de renun.& conclu.§.j.in
iij.col.& Abb.in d.ca. conque-
ſtus.col.iij.verſicu.ſed quæro.&
Bart.in l.ſi feriatis.ff.de arbitr.
& Bal.in l.j.C.de fer.& Spec.in
60 titu.de fer. §.fin. * Qui autem
actus poſſunt fieri ĩ die feriata,
& qui non:vide per Felyn.in c.
ſignificauerunt.col.iiij.cum tri-
61 bus ſeq.de iudi.¶*Vnum adde,
quòd ferię vindemiarum & meſ
ſium, hodie in regno non ſunt
in vſu,prout expreſſè dicit gloſ.
in conſti.regni,Baiulos.& eſt ex
peditum per cle.ſæpe.de verbo.
ſigni.vbi dicitur,quòd vbi proce
ditur ſine ſtrepitu & figura iudi
cij,prout in regno in cauſis ciui
libus,tales feriæ non ſeruantur.
¶Quæ autẽ feriæ ſeruentur ho-
die in regno in curiis, & quæ
non: vide plenè Matth.de affic.
in dicta cõſti.Baiulos. in iij. iiij.
62 v.& vj.col.vbi cumulat.¶*Præ-
dicta tamẽ intellige procedere
in actibus contentioſæ iuriſdi-
ctio.quia nõ poſſunt fieri in die
feriato ad honorem Dei: ſecus
in iuriſdictione volũtaria: quia
actus voluntariæ iuriſdictionis
poſſunt expediri die feriato,etiã
ad honorem Dei, prout ſunt
adoptiones & emancipationes.
Item, poteſt notarius facere in-
ſtrumẽtum in die feriato:quia

ſimiliter hoc eſt volũtariæ iu-
riſdictionis.ita tenet Specula.in
titul.de fer.§. ſequitur. verſicu.
63 quid ſi in feriis,&c.¶*Vltimò,
ſuper hac materia attingo vnã
vtilem quæſt.videlicet, an per
ſtatutum vel conſuetudinẽ poſ-
ſit induci, quòd feriæ ad hono-
rem Dei, non ſeruentur in ali-
qbus caſibus.Et pono caſum in
terminis.In regno quotidie vide
mus fieri iſtas nũdinas in diuer-
ſis ciuitatibus & locis:qbus du-
rãtibus ſolet creari vnus officia
lis ad iuſtitiam miniſtrandã de
emergentibus in nũdinis inter
aduenas:q appellatur magiſter
nũdinarũ.in cuius curia & tribu
nali celebrantur, vt plurimùm
actus in die feriato ad honorem
Dei:quia actus tolerãtur de anti
qua cõſuetudine.Quęro igitur,
an veleãt huiuſmodi actus.Ego
vidi quandoq; fuiſſe oppoſitum
per quẽdam peritum doctorem
in ciuitate Venuſij.in nundinis,
quæ celebrantur in feſto ſanctæ
Mariæ de mẽſe Auguſti.qui op-
poſuerat nõ valere acta facta in
die ſanctę Marię:adeò ꝙ fuit ma
gna diſcuſsio inter iuuenes ſtu-
dentes ac profeſſores & docto-
res,qui ibi aderant in illo die.
Quia allegabat pręfatus doctor
nõnullas coloratas rationes, quæ
prima facie ducebãt adſtantes
64 ad hæſitationem.*Et primò di
cebat arguẽdo de pacto ad ſtatu
tũ,ſiue conſuetudinẽ,iuxta l.nõ
impoſsibile.cũ ibi no.per doct.
ff.de pac.Nam per pactum non
poſſunt

poſſunt partes renũtiare huiuſ-
modi feriis : vt ſuprà dixi.ergo
minimè poteſt fieri per ſtatutũ
65 vel conſuetudinem.¶* Præter
ea,conſuetudo vel ſtatutũ cum
dicatur ius ciuile poſitiuũ:vt in
§.ex non ſcripto.inſtitu.de iure
natu.& in l.omnes populi.ff.de.
iuſtiti.& iure non poteſt tolle
ius diuinũ.Nam iſtud, quòd fe-
riæ in honorem Dei ſeruentur,
eſt de iure diuino,& ſic de præ-
cepto decalogi,vbi habetur,Sab
bata ſanctifices,&c.de qua ma-
teria plenè dixi ſuprà ĩ iij.parte
principali huius trac.ĩ illa q.ſci
licet,vnde habuit originẽ iudi-
cium.Ergo non poteſt tolli per
ius poſitiuum,vt no.gl.& doct.
in l.fi.C.ſi contra ius vel vtilit.
66 publ.¶*Pręterea,allegabat no
tata per docto.maximè, ꝑ Ale-
xan.in l.milites.C.de teſt.mili.
vbi habetur, quòd licet ſtatutũ
dicat,quòd procedatur nulla iu-
ris ſolennitate ſeruata, non ta-
men cenſetur tollere ferias in-
ductas ad honorẽDei , vnde in
propoſito licet in curia nũdina-
rum procedatur ſummariè,& ſi
ne aliqua iuris ſolẽnitate:vt de
clarauit ſuprà ĩ iſta parte,in no-
na diſtin.in ver.quartò principa
liter,&c.tamen non debent cen
ſeri ſublatæ feriæ ĩductæ ad ho-
norẽ Dei:& per huiuſmodi op-
poſitiones fecit impediri iuriſdi
ctionem magiſtri nundinarũ in
procedendo in illa cauſa : adeò
quòd prius fuit expirata iuriſdi
ctio ſua per lapſum nundinarũ,
67 quàm caſus fuiſſet deciſus.* Et
licet tunc,quia iuuenis eram &
tyrunculus profeſſor ad ſtudẽs,
non cogitaſſem congruum reſ-
ponſum ad prædicta oppoſita:
nec habuiſſem certam cõcluſio-
nem,quæ tenenda eſſet:nũc ta-
men poſtquàm incidenter eue-
nit hunc caſum diſcutere, ſum
indubitanter in cõtraria opin.
Et teneo concluſiuè,quòd ſtatu
tum vel conſuetudo poteſt indu
cere,vt feriæ in honorẽ Dei nõ
ſeruẽtur in aliquibus caſibus ex
cauſa.Et ſignãter,quòd valeant
acta facta coram magiſtris nun
dinarũ tempore feriato.Et pro
defendenda iſta contraria opin.
aſſumo vnam ſolam concluſio-
nem communem & veram:quę
eſt,quòd ius poſitiuum licet nõ
poſsit in totum tollere ius diui
nũ:poteſt tamẽ illud limitare,
diſtinguere,& ĩterpretari:vt ha
betur per gl.& doct.ĩ d.l.fi.C.ſi
contra ius vel vti.pub.& decla-
rat pleniſsimè Fel.meliꝰ, quàm
alius,in c.quæ in eccleſiarũ.col.
ij.cum quampluribus ſeq.de cõ
ſtit.vbi ponit quàmplura exem
pla.Et inter alia in ſpecie in ma
teria feriarũ,quòd ius poſitiuũ
poſsit limitare ius diuinũ,vt nõ
procedat in aliquibus caſibus,
tenet Bal.in conſi.clvj.in fi.in v.
vol.pro hoc eſt tex.in l.prouin-
ciarum.C.de fer.vbi in cauſa la
tronum inſignium poteſt proce
di,etiã in die feriato ad honorẽ
Dei.& ſic quo ad hunc caſum li
68 mitatur ius diuinũ.¶*Similiter
limit



limitatur incapiendo debitorẽ
fugitiuũ,ꝗ poteſt capi in die fe-
riato ad honorẽ Dei, propterea
quia periculum eſt in mora, &
proceſſus eodẽ die feriato con-
tra eum factus valet,& tenet,vt
no.Iaſ.in l.j.§.j.col.fin.ff.de fer.
Sunt etiã multi caſus,in quibus
poteſt procedi die feriato:quos
diligẽs perquiſitor inueſtigare
poterit:& ĩ illis limitatur ius di
uinũ.vnde non eſt mirũ,ſi in ca
ſu propoſito poteſt limitari ius
diuinum,vt valeãt acta in curia,
nũdinarũ ex iuſta cauſa:quia iu-
riſdictio eſt modico tẽpore du-
ratura:& ſumus in cauſis merca-
torũ,quæ de plano expediũtur
& multæ aliæ rationes vrgent,
quæ de facili cõſiderari poſſunt.
vnde cum in tali obſeruãtia cõ-
currat tẽpus,cuius non eſt me-
moria in contrarium,certè talis
cõſuetudo habet vim ſtatuti &
ſpecialis priuilegij.l.hoc iure.§.
ductus aquæ.ff.de aqua quot.&
æſti.& Abb.in c.ſuper quibuſdã.
de ver.ſig.Vnde potuit limitare
ius diuinũ,vt nõ procedat in cu
ria nundinarũ,ſicut in quamplu
ribus aliis cauſis ipſum limitat,
& ſic nõ ex toto tollit:vt habe-
tur ꝑ Fely.ĩ d.c.quæ in eccleſia-
rũ.& tetigi aliquantulũ ſuprà in
iij.parte huius tract.ver.quo ad
69 octauã legẽ,&c.¶*Non obſtãt
modò rationes cõtrariæ.Et pri-
mò,reſpõdeo ad primã,quòd ar
gumentum de pacto ad ſtatutũ, 1
procedit affirmatiuè,nõ autem 1
negatiuè,tãquam de minori ad
maius.Nam id,quòd poteſt fieri
per pactũ,poteſt fieri per ſtatu-
tum.ſed non ſequitur,quod po-
teſt fieri per pactum, minimè ꝑ
ſtatutũ:quia plus fit per ſtatutũ
vel conſuetudinẽ,quàm per pa-
ctũ ita declarat Iaſ.in d.l.nõ im
70 poſsibile.col.fi.*vnde in propo
ſito licet partes nõ poſsint tolle
re ferias in honorẽ Dei:tamẽ ſta
tutum vel cõſuetudo poteſt illis
derogare.limitando ex maiori
potẽtia.& hoc ſentit Alex.in d.
l.milites.C.de mili.teſt.& Io.de
Imo.in l.filiusfa.col.pen.in fi.ff.
de donat.Ad ſecundã rationem
reſpõdeo,quòd non tollit ex to
to,ſed limitat quod facere po-
teſt,vt modo dixi.Ad tertiam ra
tionẽ patet reſpõſum ex his,quę
71 dicit Alex.ĩ d.l.milites.¶*Mul
tas alias nullitates poſſem ſub-
nectere,quas cauſa breuiãdi nõ
pono,quáſue poteſt quilibet ſtu
dioſus inueſtigator perquirere.
Et de hac materia nullitatis,an
& quando,& qualiter dici poſ-
ſit,& vſque ad quod tempus:vi-
de pleniſsimè per Phil.in cap.di
lecto.de app.quod capitulũ le-
git in fine illius ti.& facit bonã
repetitionem ſuper eo.& reli-
qua circa hanc materiã ſupple,
per ea,quæ dicam infrà in vlti.
parte.in verſi.ſententia.Robert.
Maran. Venu. V. I. D.

## *Iudiciorũ.XVII.diſtin.*

*Iudiciũ aliud ſimplex,aliud duplex.*

DEcimaſeptima diſtin.*iudi
ciorum eſt:quia iudicium
aliud

aliud ſimplex,aliud duplex.Iudi
cium ſimplex,eſt illud, in quo
vnus ſuſtinet partem actoris, &
alius partē rei,prout eſt in actio
ne mutui,vel ex empto, vel in
rei vendicatione,vel alia ſimili.
Iudiciū duplex eſt illud, in quo
quilibet litigantium eſt actor &
reus.tex.eſt in §.duplicia.inſtit.
de interd.Exemplum eſt in iudi
cio familiæ erciſ.communia di-
uid.& finium regun.d.l.in tri-
bus.ff.de iud.idē in interdicto,
vti poſsidetis.l.ſi duo.§.primo.
ff.vti poſſ.& dicto §.duplicia.&
alio vocabulo iſta iudicia appel
lantur miſta.§.quædam.inſtitu.
de act.Verum in huiuſmdi iu-
diciis ille fungitur vice actoris,
qui primò ad iudiciū prouocat,
vt dicta l.in tribus.de cuius itel
lectu vide Alexand.& Imo.in l.
duo iudices.colum.j.ff.de re iu-
dica.Rober.Maran. V. I. D.

## *Iudiciorum decimaocta ua diſtinſtio.*

1 *Iudicium aliud neceſſarium, aliud voluntarium.*
2 *Notarius dicitur iudex chartularius:& exercet acta voluntariæ iuriſdictionis.*
3 *Emancipatio fieri poteſt ſine alio iudice coram notario:& valet.*
4 *Felius renuntians emācipationi,non reintrat in patriam poteſtatem.*

DEcimaoctaua diſt.iudicio-
1 rū eſt, * quia iudiciū aliud
neceſſarium ſeu contentioſum,
& aliud voluntarium. Iudicium
contenſioſum ſeu neceſſarium,
dicitur illud,quod habet cōtra
dictorem,redditur in inuitū l.
inter ſtipulantem.§.j.ff.de ver.
obl.& ideò dicitur cōtētioſum,
quia actor cōtendit contra reū,
& econtrà.Neceſſarium autem
dicitur,quia reus tractus in iudi
cio, tenetur de neceſsitate ibi
reſpondere, & iudicium reddi-
tur in inuitum,vt ſuprà.¶Iudi-
cium volūtarium,eſt illud,quod
expeditur à voluntate:& nō ha-
bet aliquā neceſsitatem: prout
eſt adoptio,emācipatio, manu-
miſsio,& alij ſimiles actus:iſti
enim expediuntur coram iudi-
cibus,& dicuntur voluntariæ iu
riſdictionis:quia nō fiunt cōtra
inuitos:ſed tantùm àvolētibus:
& poſſunt fieri vbique,& omni
die.nec eñ requiritur,quòd iu-
dex ſedeat pro tribunali:vt pro
batur in l ij.ff.de off.proc.& in-
ſtitut.de lib.§.ſerui verò.Poteſt
etiam poni exemplum in agno
ſcente bonorum poſſeſ.ſecūdū
formam l.fi.C.qui admi.videli-
cet quando nullus exiſtit cōtra-
2 dictor.*Item poteſt poni exem
plum in contrahente coram no
tario: quia notarius,dicitur iu-
dex chartularius.& exercet iu-
riſdictionē voluntariam:vt not.
Pet.Phil.Cor.ī cōſi.ccxxviij.in
iij.volu.& Specu.in ti.de fer.§.
ſequitur.verſ.quid ſi īferiis &c.
3 ¶*Sed iuxta hoc poſſet dubita-
ti,an emancipatio facta corā no
tario,de qua notarius facit pu-
blicum inſtrumentū,valeat ſine
interuētu alicuius iudicis habē-
tis iuriſ



tis iuriſdictionē contentioſam?
Dic quòd ſic.quia notarius dici
tur iudex chartularius, vt ſuprà
dixi:& habet iuriſdictionem vo
luntariam: vnde coram eo po-
teſt fieri emācipatio:& notarius
poteſt eam authorizare. ita in
terminis tenet Pet.Philip. Cor.
in d.cōſi.ccxxviij.& conſ.cclix.
in iij.volum.vbi multa allegat
in hac materia.& aliâs habui in
facto in cauſa cuiuſdam Franc.
de campania: & ita fuit iudica-
tum.tātò fortius allegabā iſtud
procedere in regno, in quo in
cōtractibus adhibetur iudex re-
gius ad contractus: ſecundum
formam conſt. inſtrumētorum
robur.Nam iſti iudices regij ad
contractus dicuntur meri iudi-
ces chartularij:quia habent ſo-
lā iuriſdictionem voluntariam,
& habent honorem iuriſdictio-
nis ſiue adminiſtratione,vt pro
batur in l.rem non nouam.iun-
cta gl.in ver.facultate.C.de iud.
& not.glo.& Bar.in l.fi.C.vbi &
apud quem & Alexā.in l. ſi cùm
dotē.§.eo autem tempore. co-
lum.ij.ff.ſolu.matrim.vnde pro
culdubio à fortiori eſt tenēdum
in regno,quòd valeat emācipa-
tio facta coram notario, & iudi
ce regio ad contractus: quia am
bo habent voluntariam iuriſdi
4 ctionem,per prædicta.¶*An au
tem filius renuntians emancipa
tioni,reintret in patriā poteſta-
tem?dic quòd non.ita tenet Pet.
Phil.Corn.in conſi.ccxxviij lite
ra F.in quarto volu.

## *Iudiciorū XIX.diſtinct.*

1 *Iudicium aliud principale,aliud appellationis.*

DEcimanona diſtinct.* iudi
1 ciorum eſt, quia iudicium
aliud eſt principale,& aliud ap-
pellationis. Iudiciū principale
eſt illud,quod agitatur ī prima
cauſa coram iudice primarum
cauſarum.qui dicitur iudex, à
quo.Iudiciū appellationis, eſt
illud, quod poſteà agitatur co-
ram iudice ſecundarum cauſa-
rum,quando fuit à ſententia ap
pellatum,qui dicitur iudex ad
quem.iuxta l.cùm apud Sēpro-
nium.ff.iud.ſol.Et quia ſub iſta
diſtinctione venit examinanda
materia appellationis, quæ eſt
valde ampla,quā etiam exami-
nare decreui in vlt. parte huius
tra.videlicet,poſt ſentētiā: ideo
quia cōgruētiori ordine cadit
ibi,reſeruo proptcrea hanc ma
teriam tractare in d.vl.parte.

## *Iudiciorū XX.diſtinct.*

1 *Iudiciū aliud præiudiciale, & aliud non præiudiciale.*
2 *Iudicia præiudicialia ſeu præiudiciales actiones,quæ dicuntur abſolutè,& quæ reſpectiuè, vt ſuprà nu.1. & nume.4.cum ſequenti.*
3 *Sentētia lata ſuper principali, parit actionē rei iudicatæ ſuper acceſſorio.*
4 *Contraria allegans,non auditur.*
5 *Criminalis actio ciuili præiudicat, ratione maioritatis.*
6 *Hæreditatis petitio, intentata præiudicat alijs actionibus: & facit illas quieſcere.*

7 *Status quæſtione intentata, quieſcit omne iudiciũ prius, ſiue poſteà intentatum, tam ciuile, quam criminale.*

8 *Spoliator cõtra ſpoliatũ agentem poſſeſſorio recuperandæ nullam litem mouere poteſt: & omnis lis ceſſat etiam ſi per modum excipiendi deducatur.*

9 *Actio familiæ erciſcundæ impeditur ꝑ exceptionẽ, quòd agẽs nõ eſt hæres.*

10 *Actio cõmuni diuidundo impeditur, per exceptionẽ, quòd res non eſt cõis.*

11 *Hypothecaria actio cõtra tertiũ poſſeſſorẽ impeditur ꝑ exceptionẽ excuſſionis, vbi non eſt precarij conſtitutũ.*

12 *Principalis debet fieri executio antè, quam conueniatur fideiuſſor, vel tertius poſſeſſor.*

13 *Vxor vendicans maritum, vel econtra excluditur per exceptionem conſanguinitatis.*

14 *Exceptio excõicationis, impedit ꝓceſſum: & debet probari infrà 8. dies.*

15 *Proceſsus impeditur per exceptionẽ, quòd ſine actione agitur.*

16 *Exceptio legitimationis perſonæ impedit proceſſum ad vlteriora.*

17 *Exceptio contra perſonam iudicis impedit proceſſum.*

18 *Iudicia omnia præiudicialia, in regno hodie ſunt ſublata, per conſtitutiones regni. Quod qualiter procedat, vide nume. 18.*

VIceſima & vltima diſtin-
1 ctio iudiciorum eſt, *quia
iudicium aliud dicitur præiudiciale, & aliud nõ præiudiciale.
Iudicium præiudiciale cõſideratur principaliter duob⁹ modis.
Vno modo, ſcilicet, abſolutè & de per ſe. Secundo modo reſpectiuè ad alia iudicia, ſeu ad alias
actiones. ¶ Iudiciũ præiudiciale abſolutè, dicitur, vbi ventilatur cauſa magni præiudicij: prout ſunt cauſæ ſtatus, ſcilicet libertatis & ſeruitutis: itẽ ingenuitatis & libertinitatis: vel vbi agitur de partu agnoſcẽdo: vt quia eſt quęſtio, quòd talis nõ eſt filius, vel eſt filius, iſtę tres actiones dicuntur præiudiciales de per ſe, propter præiudiciũ perſonæ, & de his loquitur tex. cum gl. in §. præiudiciales. inſtit. de act. Sunt etiã & aliæ actiones præiudiciales de per ſe, videlicet, quãdo filius dicit ſe nõ eſſe in poteſtate. & denegat obedientiã patri, vel quãdo ciuis vel vaſallus denegat obediẽtiã domino, vel monachus abbati. Nã iſtæ perſonæ in caſibus prędictis cõpelluntur per actionẽ præiudicialem ciuilem ad obedientiam pręſtandã. ita tenet Spe. in tit. de offi. ord. & maio. & obe. ver. vlti. not. &c. & hãc diſtinctionẽ inter actiones præiudiciales abſolutè & reſpectiuè ponit Bal. in l per minorẽ.
2 ff. de iud. ¶ *Iudiciũ præiudiciale reſpectiuè dicitur, quando in eo deducitur aliqua actio priuilegiata. de cuius natura eſt, vt ſtatim ea intentata faciat ceſſare alias actiões: & ideò dicitur præiudiciale, quia præiudicat aliis actionibus: & ſic eſt pręiudiciale reſpectiuè ad alias actiones: & hoc poteſt contingere altero de quatuor modis. ¶ Primo modo ratione contingentiæ ſeu ratione principalis & acceſſorij, vt quia contigit in iudicio intẽtari duas cauſas, quarũ altera eſt principalis, & altera acceſſoria: certè actio principalis, dicitur præiudicialis: quia facit præiudiciũ acceſſoriæ: nam quandiu mouetur & durat principalis, ſuperſedetur ſuper acceſſoria. Exẽ 5
plum, ſi peto à te fundũ rei vendicatione, quem meũ eſſe dico, & deinde volo cumulare vnum aliud iudiciũ, & condicere à te fructus eiuſdẽ fundi obſtat mihi exceptio præiudicij, & ſic ſup ſecunda petitione fructuũ non procedetur: quia iſta eſt acceſſoria, & dependet à prima: nam ſi pronuntiatur fundũ eſſe meũ, poſſum poſteà conducere fructus, aliàs ſecus. tex. eſt in l fundi ff. de excep. Similiter, ſi peto à te fundum, & poſteà cumulo actionẽ confeſſoriã, & dico illi fundo deberi ſeruitutem per alium fundum tuũ, obſtat mihi exceptio: quia iſta prætenſa ſeruitus depẽdet à prima cauſa intẽtata. tex. eſt in l. fundum. ff. de exceptio. & ſic actio principalis
3 prępiudicat acceſſoriæ.* Nã ſententia lata in principali parit exceptionem rei iudicatę in acceſſoria. ita declarat Iaſ. in d. §. prędiudiciales. col. j. & Bar. in d. l. per minorẽ. & Bar. Alexã. & cõmuniter doct. in l. edita. C. de eden. in materia cumulationis.
4 ¶ *Secundo modo dicitur iudicium præiudiciale, ratione contrarietatis, vt ſi primò intentatur vna actio, & poſteà intentaretur alia cõtraria illi primę intentatę, nõ admittitur ſecunda: quia per primã fit præiudicium ſecundæ, ex quo allegans cõtraria, non auditur. tex. eſt in l. j. C. de fur. & in l. eũ qui. & l. contra maiores. C. de inof. teſt. & Bal. ĩ
5 d. l. per minorẽ. ff. de iud. ¶ *Tertio modo dicitur iudiciũ præiudiciale, ratione maioritatis & prçeminẽtiæ: quod duobus modis contingit. Primò modo, in cauſis ſe nõ cõtingẽtibus, prout eſt cauſa criminalis & ciuilis. Nam ſi mouetur vtraq; cauſa ſuper eodẽ negotio ſimul, tũc cauſa criminalis præiudicat ciuili, & prius proceditur ſuper criminali, & interim ſuperſedetur ſuper ciuili: quia criminalis dicitur eſſe maior, & maioris authoritatis. tex. eſt in l. fi. C. de ordi. iud. & in d. l. per minorem. ff. de iud. quod qualiter procedat, & quãdo, vide tex. & ibi doct. in l. j. C. quando ciui. ac. præiu. cri.
6 & Bar. in l. ij. §. j. ff. vi bo. rap. *Secũdo modo cõſideratur iſta maioritas in cauſis ſeſe cõtingentibus, prout eſt, quãdo producuntur ĩ iudicio duæ cauſę ciuiles, & vna eſt maioris authoritatis, prout eſt petitio hæreditatis. nã etiã ratione qualiſqualis præiudicij, petitio hęreditatis, quę eſt iudiciũ vniuerſale, facit quieſcere alias actiões particulares, vt habetur in l. fi. C. de pet. hære. & ĩ l. ſi quis libertatẽ. & ibi Bar. ff. eo. tit. & Bar. in d. l. per minorẽ & Iaſ. in d. §. pręiudiciales. co. ij.

inſt.de act.Poteſt etiā poni exē-
plū in duabus cauſis criminali-
bus:quarū vna eſt maior altera.
nam ſuper maiori proceditur
prius,vt eſt text.& ibi Bal.in l.j.
7 C.qui accu.non poſ.¶*Quarto
modo dicitur iudicium præiu-
diciale,reſpectiuè etiam,vbi in-
tētatur aliqua actio, quæ eſt præ
iudicialis de per ſe, ſiue per mo-
dū agendi ſiue excipiēdi, prout
eſt quæſtio ſtatus.nam illa intē-
tata facit quieſcere omne iudi-
cium prius, ſiue poſtea intenta-
tum,ſiue ſit ciuile, ſiue crimina-
le.De ciuili eſt tex.in l.ſi de hæ-
reditate.& l.cū ſtatus.& l.ſi res.
C.de ord.cog.& habetur in l.or-
dinata.ff.de libe.cau.& in l.j.C.
de ord.iud.de criminali eſt tex.
in l. quoniam Alexandrū. C. de
adul.& l.j.& l.ſi crimē.& l. ſi ſta-
tus.C.de ordi.cog. & ſic illæ a-
ctiões,de quibus ſuprà feci mē-
tionē in primo mēbro, quæ di-
cuntur præiudiciales abſolutè,
poſſunt etiā dici præiudiciales
reſpectiuè, quādo aliæ actiones
intentātur, quas quieſcere fa-
ciunt.& hoc etiam tāgit Bar. in
d.l.per minorē.& in d l. ſi quis
libertatē.maximè in pen.col.ff.
de pet. hær. & vide ad materiā
aliqua per Bar.in l.ſi quæramus.
ff.de teſt. ¶ Vltra prædictos mo
dos, poſſunt conſiderari multa
alia iudicia præiudicialia,quæ
ex vicariis iuribus colligi poſ-
ſunt.hic tamen ſolum ponā ali
qua magis quotidiana & fre-
8 quētata. ¶*Quinto modo, di-
citur iudiciū præiudiciale,quā-
do in eo deducitur ſpolium, &
ſic poſſeſſorium recuperandæ
contra ſpoliatorē: nam interim
ſpoliator nullam litem mouere
poteſt contra ſpoliatum,ſed iſta
quæſtio ſpolij facit præiudiciū,
& facit ceſſare omnem litem e-
tiam ſi deducatur per modū ex
cipiendi.tex.eſt in c.frequēs. de
reſt.ſpo. lib.vj.& in c.cùm dile-
ctus.de ordi.cogn.& in c. ſuper
ſpoliatione.eo. tit.de qua mate
ria vide quę plenè ſcripſi ſuprà,
in vj.diſt in iiij.q.tertiæ q.prin-
9 cipalis. ¶* Sexto modo dicitur
iudicium præiudiciale, quando
aliquis litigat in iudicio: & in-
tentat actionē familiæ erciſcū
dæ,dicens ſe cohæredem, cùm
nō poſsideat hereditatem: nam
ſi opponitur contra eum, quòd
nō eſt hæres, iſta exceptio facit
præiudicium actioni intētatæ,
donec probet ſe hæredem. tex.
eſt, & ibi Bald.in l.j.ff. familiæ
10 erciſcun. ¶* Septimo modo di
citur iudicium præiudiciale,
quando aliquis agit communi
diuidundo. & opponitur exce-
ptio,quòd res non eſt commu-
nis:nam primò debet probare
ſe dominum, agendo rei ven-
dicatione, ſi non poſsidet: &
poſteà proceditur ſuper iudicio
communi diuidun. vt not.gl.&
Bart.in l.ij.C.communi diuidū.
& habetur in l.ſi mancipium.§.
11 j.ff. de euict. ¶ * Octauo modo
dicitur iudicium præiudiciale,
quādo creditor agit hypothe-
caria



caria contra tertium poſſeſſo-
rem:quia ſi opponitur exceptio
excuſsionis, vt fiat excuſsio cō-
tra principalem,iſta exceptio fa
cit præiudicium actioni inten-
tatæ:& prius debet exceptio di-
ſcuti,quàm ſuper principali pro
cedatur tex.eſt in authen.hoc ſi
debitor.C.de pig.Quod tamen
non habet locum,quando in in-
ſtrumento eſt conſtitutum pre-
carij, prout communiter appo-
nitur:quia tunc nulla fit excuſ-
ſio:& agitur adſiſtentia contra
tertium,excuſsione non facta,
ſecūdum Ang.& Alex.in l.exi-
tus.col.ij.ff.de acquiren.poſſeſ.
& hoc eſt deciſum in regno per
regiā prag.quæ incipit, Adſiſtē
12 tiam.¶*Nono modo dicitur iu
diciū præiudiciale,quando cre-
ditor vult agere contra fideiuſ-
ſorem: & opponitur ſibi exce-
ptio, ꝙ excutiat principalem.
Nam iſta exceptio facit præiu-
dicium actioni intētatæ.text.eſt
in auth.præſente.C. de fideiuſ.
ſi tamen nō opponitur iſta exce
ptio,procedit iudicium tam in
iſto caſu,quàm in præcedenti,ſe
cundū Bart.in d.l.ij.C.cōmu.di
13 ui.¶* Decimò dicitur iudicium
præiudiciale,quādo vxor vendi
cat maritū,vel ecōtrà,& obiici-
tur exceptio conſanguinitatis:
nam prius debet de conſangui-
nitate obiecta cognoſci:& poſt-
eà de principali cauſa:tex.eſt in
14 c.j.de ord.cog. ¶*Vndecimò di
citur iudiciū præiudiciale,quan
do cōtra agentē in iudicio op
ponitur exceptio excōmunica-
tionis.Nam per talē exceptionē
fit præiudicium actioni intenta
tæ,& prius debet de hac exce-
ptiōe cognoſci infra octo dies.
Tex.eſt in c.pia de excep.lib.vj.
Verū hodie in regno eſt indu-
cta noua prouiſio, videlicet, ꝙ
quandocunq; in iudicio contra
perſonam litigantis,vel contra
teſtes opponitur excommunica
tio, debet incōtinenti probari,
& in ipſo inſtanti per legitima
documenta:& eſt ritus magnæ
curiæ c.qui incipit, Item, ꝙ in
15 quibuſcunq; cauſis &c.¶*Duo-
decimò dicitur iudiciū præiudi-
ciale,quādo contra agentē op-
ponitur,quòd ſine actione agit:
quia nō proceditur niſi prius di
ſcutiatur,in actionē habeat.per
l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de ne-
go.geſt.& Barto.in l.ſi Titius &
Seius.ff.de ver.ob.& gl.& doct.
in l.vbi pactū.C.de trāſ.& Bald.
in l.Papinianus.§.ſi quis impu-
15 bes.ff.de inof.teſ.¶*Decimoter
tiò dicitur iudiciū præiudiciale.
quando cōtra agentē opponi-
tur de illegitimitate perſonæ:
ꝙ donec perſona legitimetur,
nō proceditur in cauſa mota.e-
tiā in ſummario iudicio debet
fieri plenè legitimatio.gl.eſt &
ibi Bar.& Alex.ī l.ij.C.de edic.
diui Adr.tol.& Iaſ.in rub.C.q
admit.& habetur in l.licet.C.de
procu.& Alex.in l.iudices.C.de
iud.Pro hoc eſt tex.formalis in
l.nō ignorat.C. qui acc.nō poſ.
17 ¶*Decimoquartò, dicitur iudi-

 cium

ciũ præiudiciale,quãdo in iudi-
cio opponitur aliqua exceptio
cõtra perſonã iudicis : prout eſt
exceptio incõpetentiæ,& exce-
ptio ſuſpitionis,vel alia ſimilis:
q̃a donec excutiatur veritas ex-
ceptionis oppoſitæ,nõ procedi-
tur in principali iudicio,vt ha-
betur in l.apertiſsimi.C.de iud.
& in c.ſuſpicionis.de off. deleg.
& in l.ſi quis ex aliena.ff.de iud.
& in l.ex quacũq;.& ibi Bar.ff.ſi
quis in ius voc.non ier . de qua
materia vide quæ dixi ſuprà in
viij.diſt.& quæ dicã infrà in vlt.
parte,in materia appellatiõis,in
18 ver.recuſatio. ¶*Decimoquin-
tò dicitur iudiciũ præiudiciale,
in regno,quãdo aliquis accuſat
aliquẽ de aliquo crimine : quia
pendẽte accuſatione ſua nõ po-
teſt nec ipſe,nec eius vxor, nec
alius de eius domo reaccuſari
ab ipſo accuſato:neq; ab alio de
eius domo:niſi eadem die,& ex
nouo delicto,prout de hoc ſunt
tres ritus magnæ curię:de q̃bus
plenè feci mẽtionẽ ſuprâ in vj.
diſt.in vj.q.tertiæ q. principa.&
ad ibi dicta me remitto . ¶Poſ-
ſunt etiã multi alij caſus p̄iudi-
ciales cõſiderari:vt quãdo in iu-
dicio opponitur aliqua excep-
ptio,quæ impedit proceſſum ad
vlteriora:quos diligẽs ſtudioſus
poterit per varia iuris volumi
19 na inueſtigare.¶*Vnum ſup eſt
addere , ꝙ hodie in regno ſunt
ſublata omnia iſta iudicia præ-
iudicialia:& qualiter ꝓceditur
in omnibus per cõſt.regni, quæ
incipit,Si ciuiliter agens.& ibi
gloſ.& And.de yſer.& Matt.de
Afflic.maximè in vj.not.vbi ple
nè demõſtrat multas leges iuris
ciuilis loquentes de actionibus
præiudicialibus,eſſe hodie cor-
rectas in regno per d.cõſti.per
quã poſſumus dicere , ꝙ omnes
ij.caſus ſuprà narrati,ſunt hodie
correcti in hoc regno,pręterquã
in quatuor caſibus enumeratis
ſup.in xij.& xiij.xiiij.& xv.caſi-
bus in quibus patẽt rationes ad
ſenſum.& de iſtis præiudiciali-
bus ſublatis,tetigi ſup.ĩ vj.diſt.
in vj.q.iij.q.principalis.& ibi vi
de,quæ hic deficiunt.¶Supereſt
modò aliqua tangere de ſecun-
do mẽbro principali huius diſt.
ſcilicet de iudicio non præiudi-
ciali. in quo nõ oportet labora-
re :quia cognito , quòd dicatur
eſſe iudiciũ præiudiciale,cogno
ſcitur & non præiudiciale: & eſt
illud quod nõ cõmemoratur in
iudicio pręiudiciali:quia contra
riorũ eadẽ eſt diſciplina.l.j.ff.de
his q̃ ſunt ſui vel alie.iur. Ex ex
his remanet expedita iſta xx.&
vlt.diſt.iudiciorũ.per quam re-
manet cõpleta tota iſta quarta
pars principalis huius tract.vn-
de venio ad quintam partem
principalem.Rober.Maran.&c.

## QVINTA PARS.

*Iudicium,lis,inſtãtia,& cauſa, qualiter accipiantur. Et quid vnumquodque illorum.*

*Iudi*



*1 Iudicium,lis,cauſa,& inſtantia, in quo differant.*
*2 Inſtantia cauſæ,quæ dicatur.*
*3 Inſtantia quando in cauſis currere incipiat.*
*4 Inſtantia quando incipiat currere in cauſis,in quibus lis nõ cõteſtatur.*
*5 Inſtantia cauſarum,quanto tempore durat.*
*6 Inſtantia currit & perit,vbi proceditur per inquiſitionem.*
*7 In cauſis ciuilibus , vbi proceditur per officium iudicis nobile,currit & perit inſtautia.*
*8 Inſtantia perit in cauſis executiuis & inſtrumentalibus:in quibus parata eſt executio.*
*9 Inſtantia,currit etiam coram iudice delegato.*
*10 Inſtantia perit coram arbitro , cui non eſt tempus præfixum.*
*11 Inſtantia coram arbitratore nõ currit,neque perit.*
*12 Inſtantia cœpta cum defuncto,trãſit ad hæredem.*
*13 Inſtantia cœpta cum defuncto laico, non tranſit in clericum hæredem.*
*14 Inſtantia nunquam perit de iure canonico . Quod in foro eccleſiæ ſeruatur.*
*15 Inſtantia , in conſiſtorio principis nunquam perit:& quid ſeruetur in ſacro concilio Neapolitano.*
*16 Inſtantia non perit triennio,quando iudex habet liberum arbitrium in procedendo & ſententiando.*
*17 Inſtantia per ſtatutum , & per reſcriptum principis breuiari poteſt.*
*18 Inſtantia breuiata , ſi petatur dilatio ultra metas inſtantia,an poſt illam perẽptam ,poſſit ſententia ferri*
*19 Inſtantia à principe prorogari poteſt.*
*20 Inſtantia nunquam perit,in cauſis fiſcalibus.*
*21 Inſtantia in cauſis eccleſiarum nunquam perit,etiam ſi uentilentur coram iudice laico.*
*22 Tempus inſtantiæ poteſt per partes breuiari.*
*23 Inſtantiæ prorogatio,non firmatur etiam iuramento.*
*24 Inſtantiæ tempus per cõpromiſſum non poteſt prorogari.*
*25 Inſtantia ſtatutaria breuior triennio,prorogari poteſt.*
*26 Inſtantia breuior triennali tempore in reſcripto delegatorio præfixa : poteſt conſenſu partium prorogari.*
*27 Inſtantia breuiari poteſt per inferiorẽm,à principe, delegantem cauſam decidendam infra breue tempus . & quid importet talis breuiatio.*
*28 Inſtantia durat vltra trienniũ:mortuo iudice prope finem trienniȷ̈.*
*29 Inſtantia nunquam perit in emergentibus ante litem conteſtatam.*
*30 Litigatori impedito facto aduerſariȷ̈,non currit inſtantia.*
*31 Impedito facto iudicis vel tertiȷ̈ , an currat inſtantia.*
*32 Inſtantia quando per principem reſtituitur,dicitur inſufflatio : ſed an tunc debeant refici expenſæ , vide ibidem.*
*33 Inſtantia inſufflata per principem, nulla expenſarum facta mentione, poteſt per partem opponi,quòd expenſæ reficiantur.*
*34 Inſtantia lapſa facto iudicis , ipſo iure reſtituta cenſetur : neque neceſſe eſt adire Regem , nec ſacrum*

*conſilium pro inſuffiatione.*

35 *Inſtantia perempta, reſtituitur abſque refectione expenſarum illis perſonis, quibus reſtitutio in integrum de iure conceditur.*

36 *Iudex quilibet tã ordinarius, quàm delegatus, poteſt de reſtitutione in integrũ cognoſcere, & illã concedere.*

37 *Inſtantia non perit triennio, quãdo lite pendente litigator effectus eſt familiaris illius officialis, corã quo lis agitur. nã ſucceſſor expectari debet.*

38 *Inſtantia non currit in cauſa, in qua eſt princeps conſultandus.*

39 *Inſtantia non currit durante inhibitione ſuperioris vel epiſcopi.*

40 *Impedito agere iuris impedimento, non currit inſtantia.*

41 *Inſtantia an currat, donec proceſſus ſtat penes conſultorem.*

42 *Inſtantia in cauſa feudali, durat per annum*

43 *Inſtantia cauſæ clerici deuolutæ ad iudicem laicum propter impedimentum epiſcopi, quanto tempore durat.*

44 *Propter impedimẽtum epiſcopi non poteſt iudex laicus cognoſcere de cauſa clerici coram eo conuenti.*

45 *Inſtantia perempta poteſt innouari, omnia acta de conſenſu partium repetendo.*

46 *Inſtantia perempta, reſtaurari poteſt altero de quatuor modis.*

47 *Inſtantia perempta non perit cauſa, neque ius partis: ſed actor poteſt cauſam de nouo incîpere, & nouam inſtantiam fabricare, refectis expenſis in cauſa ciuili, ſecus in cauſa criminali. & nume. 48.*

49 *Inſtantia euaneſcit tam per lapſum temporis, quam per abſolutoriam ab obſeruatione iudicij.*

50 *Libello malè concepto, abſoluitur reus ab inſtantia iudicij.*

51 *Sententia fertur ab obſeruatione iudicij, etiam in cauſa appellationis, quãdo iudex cauſæ principalis protulit ſententiam diffinitiuam ſuper proceſſu inualido.*

52 *Abſolutoria fertur ab obſeruatione iudicij, quando actor lite conteſtata ſe abſentat, & non proſequitur cauſam.*

53 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicij, fertur etiam, quando actor ſemiplenè probauit. & propter eius abſentiam non poteſt ſibi iuramentum ſuppletorium deferri.*

54 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicij. diffinitiua dicitur, quando reus ſoluit debitum pendente iudicio.*

55 *Inſtãtia perempta, quæ acta pereãt.*

56 *Acta non publicata in prima inſtãtia non faciunt fidem in ſecunda.*

57 *Acta nõ ſolùm ordinaria, ſed etiam probatoria in cauſa criminali, per lapſum inſtantiæ pereunt.*

58 *Sententia lata poſt peremptam inſtantiam, eſt ipſo iure nulla. & nullum habet effectum.*

59 *Actor perempta inſtantia in expenſis debet condemnari.*

60 *Iudex etiam poſt peremptam inſtantiam, poteſt ferre ſententiam contra confeſſum ex vi notorij.*

61 *Omnes exceptiones dilatoriæ & declinatoriæ poſſunt opponi in nouo iudicio, quando cauſa de nouo incipitur poſt peremptionem inſtantiæ: ac ſi nunquam iudicium fuiſſet intentatum.*

62 *Inſtantia perempta per abſolutoriam ab obſeruatione iudicij, an omnia acta pereant.*



63 *Iis, quomodo intelligatur.*

64 *Lis incipit, poſt litis conteſtationem. Quod limitatur in quatuor caſibus. numero 65.*

66 *Cauſa, quæ dicatur.*

67 *Cauſa, vnde dicatur.*

68 *Cauſa, in quo differat à lite, controuerſia, negotio, & occaſione.*

DEVENIO ad quintam partem principalẽ huius
1 trac. videlicet, *In qua tractabitur in quo differãt iſti quatuor termini, ſcilicet, Iudiciũ, lis, inſtantia, & cauſa. Sup quo breuiter dic, ꝙ iudicium, eſt tota illa diſcuſſio cauſæ, quæ durat à citatione vſq; ad ſententiam, vt declarat Alexan. in l. poſtquam liti. C. de pac. & iſtũ terminũ, iudiciũ, plenè declaraui quo ad eius quidditatem, ſuprà in ij. par. princip huius tract. vbi poteris videre.
2 ¶ *Inſtãtia verò, dicitur illa exercitatio iudicij, quæ fit à litis conteſt. vſq; ad ſententiã latam: ſeu vſq; ad finem triennij, quando non fertur ſententia infra triẽniũ in cauſa ciuili: vel infra biennium in cauſa criminali. l. properandum. C. de iudic. & ſic quando dicimus inſtãtiam eſſe peremptam, intelligimus de illa exercitatione iudicij, quæ habetur pro non facta: quia ſuper illa non poteſt dari ſententia: non tamen refertur iſte ſermo ad cauſam, nec ad iudiciũ: quia perempta inſtantia, nõ eſt perempta cauſa, nec ius partis, nec iudicium, quo ad illam cauſam, quin poſsit de nouo agitari ſed ſolùm illa exercitatio iudicij, id eſt illa tela iudicij, quæ reperitur incœpta, & non completa, efficitur fruſtratoria, & habetur pro nõ facta: quia nõ poteſt per eam deueniri ad cauſam finalẽ iudicij. ſ. ad ſententiã, niſi de nouo in iudiciũ deducatur, vt habetur in d. l. ꝓperãdũ. & fuit inducta iſta peremptio inſtãtię in fauorem publicũ, ne lites fierẽt immortales, vt d. l. properandũ. in prin. & no. Soci. in cõſi. xxxj. col. iiij. in fi. in j. vol. ¶ Sup hac tamẽ materia opportunũ cadit examinare tres quæſt. Quarum prima eſt, quãdo incipit currere inſtantia. Secũda, quãto tempore durat, & in quibus caſibus finitur. Tertia, quis ſit effectus peremptionis inſtantiæ, & quid poſsit facere iudex ea perẽpta.
3 ¶ *Quęro igitur primò, quãdo incipiat currere inſtãtia in cauſis. Dic ꝙ communiter tenetur, ꝙ incipit currere à conteſtatione litis. vnde ſi per mille annos ſtarent litigantes ad conteſtandum litẽ, nũquam inciperet inſtantia, vt d. l. properandũ. poſt princi. & ibi, non vltra triennij metã &c. vbi dicit expreſsè poſt litem cõteſt. & ibi hoc no. Ale. in prin. & Iaſ. in ij. col. & cõmuniter doct. & Bal. in cõſi. ccxxvj. in iij. vol. & Soci. in conſ. xcv. in prin. in j. vol. Hinc dicit pulchcè

Bal.in l.& poſt edictum.§.pe.in
fi.ff.de iudi.ꝙ in omnib' emer-
gentibus ante litē conteſt.nun-
quā perit inſtātia. vnde infert,
ꝙ ſi partes per x. annos litiga-
rent ante litē conteſt. per legi-
timationem perſonarum, nun-
quàm periret inſtantia, & illud
dictū ſequitur Alex. in d.l.pro-
4 perandum.colū j.in fi. ¶*Quid
autem in cauſis inquibus lis nō
cōteſtatur,prout ſunt cauſę ſum
mariæ vel executiuæ?Dic, ꝙ in
illis currit inſtātia,quamprimū
incœptum eſt cognoſci de me-
ritis cauſæ, ſecūdum Alex.in d.
l.properandum.col.j.Potes di-
cere ad maiorem declarationē,
ꝙ in huiuſmodi cauſis ille act',
qui ſolet fieri immediatè poſt
litis cōteſtationem in cauſis, in
quibus lis cōteſtatur,habet vim
litis cōteſtationis. vnde ab illo
actu inciperet inſtātia, ſecundū
Bar.Bal.& Docto.in l.nulla.& l.
nihil.C.de procu.& Card.ī cle.
conſtitutione.§.fi.in fi.de elect.
& Abb.in c.inſinuante.in fi. de
offic.deleg.& Lud.Ro.in conſi.
clxxiiij.col.ij.& Fely.in c.olim.
de accu.& Par.in tract. ſynd. in
ver.ſententia.col.iiij. & in pro
priis terminis hoc tenet Ab. in
c.venerabilis.col.fi.de iu.& Iaſ.
qui plenè examinat in d.l. pro-
perandum.colū.iij.C.de iudi.&
5 Alex,in conſi.l.in ij. vol. ¶*Se-
cūdò principaliter quæro, quā-
to tempore durat inſtātia, & in
quibus cauſis perit.In hoc facio
regulam generalem cum fallē-

tiis.Et regula eſt,ꝙ in omnibus
cauſis tā ciuilibus, quàm crimi-
nalibus perit inſtantia. & durat
in ciuilibus per trienniū:in cri-
minalibus verò per biennium.
tex.eſt in d.l properandū. & ibi
per omnes doc.C. de iud.& hoc
eſt cōfirmatum in regno per ri-
tum magnæ curię, in nu.ccxix.
incip. Item ſeruat ipſa curia, vt
6 inſtantia &c. ¶*Amplia primò
iſtam regulam procedere non
ſolùm in cauſis,in quibus proce
ditur per viā actionis vel accu-
ſationis:verū etiam vbi proce-
ditur per inquiſitionē: quia tūc
etiam perit inſtātia, ſecundum
Bal.in d.l.properandū.in princ.
col.iij.incipit tūc inſtātia à die
dationis capitulorū, ſecundum
Bal.& ibi adde Abb.in d. c. ve-
7 nerabilis.in fi verbis. ¶*Secun
dò amplia ꝓcedere etiā in cau-
ſis ciuilibus, in quibus procedi-
tur per officium iudicis nobile:
quia durat inſtātia triennio,ſe-
cundum Abb.in d.c. venerabi-
8 lis.in fi.verbis.¶*Tertio amplia
procedere etiam in cauſis exe-
cutiuis & inſtrumentalibus, in
quibus eſt executio parata:quia
durat inſtātia triennio,ſecundū
Lud.Ro.in conſi.clxxiiij. incip.
Ampliſsime doctor, &c.& Soc.
in cōſi.xcv.in j.vol.& Fely.in d.
c.venerabilis.in fi.& Ale.in cōſ.
l.in ij.vol.& Iaſ.in d.l.properā-
dum.col.ij.circa fi.adde,quæ di
xi ſuprà poſt princip. huius q.
9 ¶*Quartò amplia ꝓcedere nō
ſolùm coram iudice ordinario:
verùm



verū etiā corā delegato, vt d.l.
properandū.ibi,ſed omnes iudi
10 ces &c. ¶* Quintò amplia pro-
cedere non ſolū coram iudice:
verùm etiam corā arbitro nam
ſecundū cōmunē opi. etiam co-
ram arbitro perit inſtātia triē-
nio,quādo nullum tempus,fuit
per partes appoſitū compromiſ
ſo.ita tenet Spe.in ti.de arbi. §.
differt.col.fi.verſi.item,vt infra
triennium &c.& Abb.in d.c.ve
nerabilis.col.penu.& Iaſ.in d.l.
properādum.col.iiij.in vij.not.
11 *Secus eſt corā arbitratore : qa
nulla inſtātia currit corā eo,ſe-
cundum Spe.& Abb. vbi ſuprà.
& etiam corā arbitro incipit à
die litis cōteſtatę corā eo,ſecun
dū Fely.in d.c. venerabilis. col.
12 fi ¶ * Sextò amplia procedere,
etiam ſi moriatur litigator pen
dentè lite:quia non perit inſtan
tia per mortē:ſed durat vſq; ad
triennium,& continuatur in hę
redem inſtātia cœpta cū defun-
cto.tex.eſt in l.hæres abſens &
l.ſi petitor.& l.ſi is. q Romæ.ff.
de iudi.& l. ſi eū hominē. & ibi
Bar.& Io.de Imo.ff.de fideiu.&
in c.qa Gu.& ibi plenè per Abb.
Fel.& Maria.Soci.de iud. & per
Soci.in cōſ.xxxj.co.iiij.in prin.
13 in j.vol.* Quod tamē limita nō
procedere, quādo fuit inſtantia
cœpta cum defuncto laico : cui
ſucceſsit hæres clericus:quia nō
continuatur in hærede clericū,
quādo eſſet:qa ratione priuile
gij eſſet finita illa inſtātia,& de
bet de nouo inchoari coram iu

dice eccleſiaſtico. Iſta eſt magis
communis concluſio, quam te-
net Abb.in d.c.quia Gu.col.fi.&
ibi etiam Fely.in iij. & iiij. col.
quicquid tenuerint alij doct.nā
pro iſta parte ſunt rationes ma
14 gis efficaces. ¶ * Limita primò
iſtā regulā ſic ampliatā,procede
re de iure ciuili. ſecus eſt de iu-
re canonico: quia nunquā perit
inſtātia.tex. eſt& ibi Ab.& doc.
in d.c.venerabilis.& c.fi.de iud.
& habetur per mode.in d.l.pro
perandum.& ibi gl.in ver.triē-
nij.in fi.& Alex.in cōſ.xxiij.co.
j.in iij.volu.Ex hoc ſequitur, ꝙ
in foro eccleſiaſtico:etiā in om-
nibus terris ſubiectis eccleſiæ,
vbi ſeruatur i' canonicū,nūquā
perit inſtātia, ſiue in ciuilibus,
ſiue in criminalibus: per prædi
cta,& hoc tenet Philip. Cor.in
conſi.ccx.in iiij.vol.in fi.& vide
Fely.in d.c.venerabilis.in prin.
15 ¶* Secūdò limita non ꝓcedere,
quando cauſa vētilatur in cōſi-
ſtorio principis.quia in eo nun
quam perit inſtantia,& ſic vltra
triēniū durat,ſecūdū Bal.ī cōſil.
ccxvij.col.fi.in iij.volu. vbi alle
gat auth.ſed lis.C.de tēp.app.&
ex hoc pōt inferri, ꝙ in ſacro re
gio cōſi.Neap.nō perit inſtātia:
quia pōt dici cōſiſtoriū princi-
pis.ſed Mat.de affli.in deci.ccl-
xxxiij.cōſ.Neap.refert cōtrariū.
ſ.ꝙ diſpoſitio l.properādū. ha-
beat locū etiam in ſacro cōſi. vt
etiā.ī eo pereat inſtātia.allegat
glo.in §.hoc quoq;.in authē. vt
ſpō.larg.& gl.in auth.de app.&

idē tenet Mat.relatiuè in cōſtit.
hac lege.ī iij.nota.vbi facit dif
ferētiā, an cauſa vētiletur corā
rege:& tūc inſtātia nō currit:qa
rex habet liberū arbitriū: an ve
rò in ſacro cōcilio,& tūc currit
inſtātia: qa ſacrū cōſiliū nō ha-
bet liberū arbitriū. Ego tñ putò
in hac materia, ꝙ dato, quòd in
ſacro conſilio curreret inſtātia:
tamē ex quo ſentētiæ in eo pro
feruntur ſub nomine regiæ ma
ieſtatis, poſſunt ferri etiam poſt
tēpus inſtātiæ,& valēt ſentētiæ:
quia in effectu in ſacro cōſi. nō
curatur de perēptione inſtātiæ:
ex quo iſta eſt ſolēnitas inducta
de iure poſitiuo, quæ poteſt ob-
mitti in cōſiſtorio principis: &
talis nullitas, quę cauſatur ex de
fectu ſolēnitatis iuris. poſitiui,
non inualidat ſentētiā ſacri cō-
cilij.ita deciditur.in d.deci.ccl-
xxxiij ī fi.per ea, quę no.Inn.&
Ab.in c.in cauſis.de re iu. Vnde
concluſiue poſſumus dicere,* ꝙ
in ſacro cōſilio nūquā perit in-
ſtātia, ſaltē quo ad effectū: quia
pōt ferri ſentētia etiā poſt triē
16 nium. ¶*Tertiò limita nō pro-
cedere, qñ iudex haberet liberū
arbitriū in ꝓcedēdo & ſentētiā
do: qa tūc nō durat inſtātia, etiā
poſt triēniū. Secꝰ, ſi haberet ar-
bitriū, in ſentētiādo tātū. ita te-
net Bar.& Pau.de Ca.in l.ſi in le
ge.in prin.ff.loca.& Ale. in cō-
ſi. l.col.iij.ver.pro hoc &c. in ij.
vol.& Ale.in l.qui Romæ.§.Cal
limachus.col.fi.ff.de verb.obli.
17 ¶*Quartò limita nō procede-
re, quando inſtantia eſſet bre-
uiata per ſtatutū, vel per reſcri-
ptum principis, vt qa princeps
reſcribit alicui officiali vel dele
gato, ꝙ cauſam expediat infra
tres mēſes.nā tūc finito tali tē-
pore eſt perempta inſtātia,& nō
pōt ille iudex vlterius ſuper illa
cauſa procedere, ſecūdū Bald.in
d.l.properandū.col.iij.& Ab. in
d.c.venerabilis.col. pe. & ibi ēt
Fely.in vj.col.& Ale. in d.l.pro
perandum.col.v.circa fi.& Fely.
in c.de cauſis.col.v.de offi.dele.
Et ꝙ poſsit breuiari per ſtatutū,
tenet Alex.ī cōſ.xlij. in iij. vol.
& Bal.in l.ſi cū ipſe.ff de execu-
tut.Itē, ꝙ poſsit breuiari per re
ſcriptum, eſt tex.in c.ſuper eo.el
ij.& ibi Phil.& Abb.de ap. & in
d.c.de cauſis. Verū in hoc eſt dif
ferētia: quia quādo eſt breuiata
per ſtatutū, tūc incipit à die litis
cōteſtatę: ſicut inſtātia iuris cō-
munis.ita tenet Ale. in cōſ.xlij.
co.ij.in iij.vol.& Bal.in auth.cle
ricus, q.co.ij.verſ. deinde q̃ritur.
de epiſ. & cle. Sed qñ fit per re-
ſcriptū prīcipis, incipit a die prę
ſentatiōis reſcripti, nō aūt à die
datę ipſiꝰ reſcripti.ita ꝓbat tex.
in d.c.ſup eo.& ibi hoc expreſsè
tenet Phi.in ij.col.in iiij.not.&
ſeq.vbi plꝰ dicit, ꝙ añ p̄ſentatio
nē reſcripti delegatorij nō ac-
quirit delegatus iuriſdictionē.
18 ¶*Quid aūt, ſi litigās haberet
teſtes ī lōginqs ptibꝰ, & peteret
dilationē excedētē metā ipſius
inſtātiæ breuiatæ per reſcriptū,
án poſsit poſt finitā inſtantiā
ferr



ferri ſentētia? Dic ꝙ ſic: quia iſta
iuſta cauſa excuſat, vt inſtātia nō
pereat,& valeat ſentētia poſteà
lata: ſecundum Bal.in d.l.ſi cum
ipſe.ff.de excuſ.tutor.& Abb.in
d.c.venerabilis.col.iiij.circa fin.
de iudi.& Alex.in cōſi.lxxij col.
j.in iij.vol.& Abb in conſi.lxiij.
19 col.j.in ij.vo ¶*Quintò limita
non procedere, quando inſtātia
fuiſſet per principem proroga-
ta: vt quia erat prope finē trien-
nij:& princeps illam proroga-
uit vltra triennium: quia tūc ex
prorogatione durat vltra triē-
nium: vt not. Paris in trac.ſynd.
in verſi.ſententia.c.reſtat vnum
&c.col.fi.& in regno eſt hoc ex-
peditum per ritū magnæ curiæ
in nu.ccxix.qui incipit, Itē ſer-
uat ipſa curia, vt inſtātia &c.vbi
plus dicitur, quòd prodeſt pro-
rogatio principis, etiā ſi literæ
ſeu reſcriptū prorogatiōis præ-
ſentetur poſt triēnium: dūmo-
dò data reſcripti ſit expedita
20 infra tempus inſtātiæ. ¶*Sextò
limita non procedere in cauſis
fiſcalibus: nā vbi agitur de ali-
qua cauſa fiſcali, nunquâm perit
inſtantia.& ſic durat vltra trien-
nium: puta, vbi agitur de tribu-
tis ſeu functionibus publicis.
Text.eſt in d.l.properandum.in
princi.ibi, exceptis &c.C.de iu-
dic.& Abba.in d.c.venerabilis.
colum. iiij.& habetur in deci-
ſio.ccx.conſi. Neapolita. Ex hoc
infertur, quòd hodie in regno
in magna curia cameræ ſumma
riæ nunquàm perit inſtantia: ex
quo ibi tractātur cauſæ fiſcales.
& ita ſeruatur ibi de antiqua
cōſuetudine: vt teſtatur Matth.
de Afflic.in conſtitut. Accuſato-
rem.columna ſecunda.in princ.
21 ¶*Septimò limita non proce-
dere in cauſis eccleſiarum: quia
etiam ſi agitantur coram iudice
ſeculari, nunquā in eis perit in-
ſtantia.ita intelligitur tex.ſecū-
dū vnā lect.in d.c.venerabilis.
de iud.& hoc expreſsè tenet ibi
Abb.in v.colum.vbi dicit: ſecus
in cauſa clerici: quia in hoc non
gaudet priuilegio eccleſiæ. Ad-
de deciſio.ccx.conſi. Neapolita.
22 ¶*Octauò limita, niſi tēpus in-
ſtantiæ fuiſſet breuiatum de cō-
muni conſenſu partiū: quia tunc
perit inſtantia ante trienniū: ſe-
cundum quòd partibus placue-
rit Nam poteſt tempus inſtātiæ
breuiari per partes, ex quo iſta
breuiatio tēdit in fauorem pu-
blicum: ſcilicet, vt lites citius fi-
niantur.ita tenet Ludoui.Rom.
in l.ij.ff.de re iudic.& Alexand.
in d.l.properandum.in princip.
colum.penult.& ibi etiam Iaſo.
in penult.col.verſi.quartò limi-
23 ta &c. ¶*An autē poſsit hoc tē
pus prorogari per partes, ſicut
poteſt breuiari? dic quòd nō.gl.
eſt in l.ij.§.ſed ſi iudex.ff.de iu-
di.& gl.& Bar.Alex.& Iaſ.& cō-
muniter doct.in d.l.properan-
dum.vbi plus dicunt, quòd non
valet prorogatio, etiā ſi inter-
uenerit iuramētum in ipſa pro-
rogatione:& etiam ſi pœna ap-
ponatur: ſecundum Bar.& Alex.
in

in l.Seius & Augerius.ff. ad l.
Falci.& Abb.& Fely.in d.c.ve-
nerabilis.de iudi.& Alex.in cõ-
ſil.cxxxviij.co.j.in fi.& ſeq.in ij.
24 vol.*adeò,quòd nec etiam per
cõpromiſſum poteſt proroga-
ri : & ſic neque tacitè, neque ex
preſsè:ſecundum Lud.Roma.in
cõſ.clxxiiij.col.j.in fi.& Spec.in
tit.de iud.dele.§ .reſtat.verſ.ſed
nunquid de tempore.& ibi Ioã.
An.in addit.licet ſecus ſit in in-
ſtantia appellationis.cle.quan-
diu.de app.& dicam plenè infrà
in vltima parte,in verſ.appella-
tio.in iij.q.principali . verſi.ſe-
cundò limita,niſi de voluntate
&c.& ibi videas ea,quæ hic de-
ficiũt:quia ibi adſignabitur ra-
25 tio diuerſitatis.¶*Prædicta ta-
men intellige,in tẽpore inſtan-
tiæ,de iure cõmuni:ſecus in in-
ſtãtia breuiori inducta per ſta-
tutum.quia illa poteſt de cõſen
ſu partium prorogari,vſque ad
triennium,& nõ vltrà.& iſta eſt
magis cõmunis cõcluſio , quam
tenet Saly.in d.l.properãdum.
quẽ ibi ſequitur Alex.in ij.col.
in fi.& ſeq.& ibi etam Iaſo.col.
pen.& Fely.in d.c.venerabilis.
col.iiij.in fin.verſ.ij.declaratio,
&c.licet cõtrariũ tenuerit Alex.
ſibiipſi contrarius,in cõſi.xxiiij.
26 co.fi.in iiij.vol.& malè.*Item,
minimè procedit in inſtantia
breuiori præfixa per principem
in reſcripto delegatorio : quia
illa poteſt ſimiliter de conſenſu
partium ꝓrogari.Tex.eſt & ibi
doct.in c.de cauſis.aliâs,in cau-
ſis.de offi.delega.& Felyn.in d.
c.venerabilis.col.iiij.in fi. verſi.
27 prima,&c.¶*Sed iuxta hoc ca-
dit pulchrum dubiũ , videlicet,
vtrũ inferior à principe, poſsit
committere cauſam decidendã
infra minorem terminum triẽ-
nio:puta infra tres menſes . Dic
ꝙ ſic.Verùm in hoc eſt differen
tia:quia quando tempus breuia
tur à principe,perit inſtantia,ſi-
cut per lapſum triennij:adeò ꝙ
ex illis actis nõ poteſt ferri ſen-
tẽtia:vt dixi ſuprà in quarta li-
mitatione.Sed quando breuia-
tur per inferiorẽ à principe,non
perit inſtantia per lapſum tem-
poris , quo ad partes: ſed ſolum
ſoluitur iudicium,quo ad iudi-
cem:quia nõ habet iuriſdictio-
nem vlterius in illa cauſa:& re-
uertitur ad delegantem,qui po
teſt pronũtiare ex illiſmet actis:
quia acta nõ pereũt, ex quo in-
ſtantia non perit ita tenet Bald.
in d.l.properandum.§.ſinautem
vtraque.in fi. & ipſum ſequitur
Fel.in c.de cauſis,col.j.in princ.
de offi.deleg. Quod nota: quia
ſæpius euenit in regno in iſtis
baronibus coarctantibus inſtan
tiam in commiſsionibus cauſa-
28 rum.¶*Nonò limita nõ proce-
dere,quando iudex coram quo
fuit incœpta cauſa , moreretur
prope finem triennij:& veniret
alius ſucceſſor: quia illi ſucceſ-
ſori datur à iure alius integer
annus ad illã cauſam expedien-
dam:& ſic in iſto caſu proroga-
tur inſtantia ex iuris diſpoſitio-
ne



ne vltra triennium. tex.eſt in d.
l. properandum. §.ſin autem in
medio.vbi idẽ deciditur , quan-
do ex alia iuſta cauſa eſſet mu-
tatus iudex ab officio,puta pro-
pter abſentiam vel infirmitatẽ.
29 ¶*Decimò limita procedere in
emergentibus ante litem cõte-
ſtatam:quia in illis nũquam pe-
rit inſtãtia:vnde ſi ſuper aliquo
incidenti ante litem conteſtatã
eſſet per decem annos litigatũ,
puta ſuper legitimatiõe perſo-
narum,nunquàm perit inſtãtia.
iſtud fuit originale dictũ Gul.
de Cu.in d.l.properandũ & ſe-
quitur Bal.in l.& poſt edictum.
§.pe.in fi.ff.de iudi.& Iaſ.in d.l.
30 properandũ col.ij. ¶*Vndeci-
mò limita non procedere, quã-
do litigator eſſet impeditus fa-
cto aduerſarij : puta propter
ſubterfugia & cauillationes rei
conuenti:quia nõ currit ſibi in-
ſtantia in effectu:nam poteſt iu
dex etiam poſt triennium ,ferre
ſententiam:ſecundum Bar. in l.
ſi cùm ipſe per illum text. ff. de
execu.tut.& ibi etiam Bal. plus
dicit ibi Bart.quòd doct. nõ fue
runt recordati de illo tex.in cõ-
mento d.l.properandum. Idem
tenet Abb.in cõſ.xvj.col.j.in ſe-
cundo volu.& Alex.in addit. ad
Bart.in d.l.ſi cùm ipſe.vbi plura
allegat in hac materia: ſcilicet,
quod impedito facto aduerſarij
nõ currit tẽpus.cui adde Matth.
in conſti.Iuſtitiarij per prouin-
cias.colum.iiij.in princip.& gl.
in l.intra utile.in gloſ.fina.ff.de
minor. Pro hoc eſt text . & ibi
Bal.in l.fin. C.de adul . Ad cau-
telam tamen bonum eſt ſemper
proteſtari,quòd non currat ter-
minus inſtantiæ propter impe-
dimentũ.Iſtæ enim proteſtatio-
nes ſolent eſſe valde vtiles in
huiuſmodi caſibus : ſecundum
Bald.& docto.in d. l. properan-
dum.§.ſinautem vtraque. & Fe-
lyn.in d.c.venerabilis.colum.ij.
& iij.& prædictis adde Alexan.
in conſil.lxxj.in princi.& col. ij.
31 in fi.in v.volu. ¶*Quid autem,
ſi impedimẽtum cauſetur facto
iudicis vel tertij? Vide Alexan.
& doc.in d.§.ſinautem vtraque.
& Ioã.de Imo.in d.c.ex inſinua-
tione.de app.& Philipp.in c . ex
ratione.colum.ix.& x. eo . titu.
& Felyn.in d.c.venerabilis.col.
ij.& iij.& Barto.& Bal.in authẽ.
item ſi in appellatione.C.de tẽ-
po.app.& Socin.in conſil . xxxj.
colum.iiij.in primo vol.& Lu-
cã de penna in l.ij.col.antepen.
& pe.C.de naufrag . lib . xj . in
quibus locis magis cõmuniter
concluditur,quòd currit inſtan-
tia non obſtante impedimento.
Bonũ tamẽ eſt ſæpius proteſta-
ri,vt ſaltẽ obtineri poſsit reſti-
tutio in integrum aduerſus la-
pſum inſtantiæ,& licet docto.in
locis præallegatis hoc firmẽt in
inſtãtia appellatiõis,in qua fa-
cilius datur reſtitutio propter
maius præiudicium:tamẽ in in-
ſtantia cauſæ principalis aliter
dicunt:vt no.Bart.in d. authen.
item ſi in appellatiõe. in fi.licet

Bal.ibi teneat dari reſtitutionẽ
præcedentibus proteſtatiōibus:
tamen hoc dubiũ eſt hodie cla-
rificatum in regno per regiam
prag.quæ incipit,Inſtantia . qua
cauetur,quòd quando ſtetit per
iudicẽ, reſtituitur ipſo iure tẽ-
pus inſtantiæ tunc autem dici-
tur ſtetiſſe per iudicem,quando
proceſſus fuit concluſus per
duos menſes ante triennium cũ
petitione & proteſtatiõe , & ad
expeditionem cauſæ:tunc enim
reſtituitur inſtantia ipſo iure:
abſque refectione expenſarum.
ſi tamen cucurrit inſtantia per
negligentiam partis , tunc non
reſtituitur niſi refectis expenſis:
vt dicitur in d.prag.in princip.
& ex hoc inoleuit practica in
32 regno:*quòd quando inſtantia
eſt perempta , ſolet actor adire
regem,vel ſacrum regium con-
ſiliũ,vt authoritate regia inſuf-
flet ſpiritum vitæ illi inſtantiæ.
& ſic rex.ĩſufflat ſpiritũ,& facit
inſtantiam reuiuiſcere,perinde
ac ſi perempta non eſſet : & iſta
reſtitutio in regno , appellatur
inſufflatio.vt not.Paris in tract.
ſyndi.in verſi.ſententia.in c.re-
ſtat vnum &c.col j. circa fin.&
ſeq.& ibi ponit iuſtas cauſas, ex
quibus rex cõcedit iſtam ſuſci-
tationem inſtãtiæ abſque refe-
ctione expenſarum : puta quan-
do ſtetit per iudicem:vel ob in-
firmitatem,vel neceſſariam ab-
ſentiã,vel ob aliã ſimilẽ cauſam
iuſtam,vt quia propter multitu
dinem cauſarum fuit iudex im-
peditus, ſecundum Alex.in d.l.
properãdum. §. ſinautem vtra-
que.& in l.ſenatus.ff.de off.præ
ſi.Sed quando allegatur aliqua
cauſa colorata, ex qua perpẽdi-
tur alĩqua negligentia partis in
proſequendo, vel in proteſtan-
do , tunc conceditur inſufflatio
cum refectione expenſarum :vt
ibidem dicit Paris:& de hac in-
ſufflatiõe facit mẽtionẽ Matth.
de afflict.in conſti.ſæpe contin-
git.circa fi.vbi ponit vnũ aliud
impedimentum reſtitutoriũ in-
ſtantiæ ſine refectione expenſa-
rum, videlicet , quando plures
erant iudices ſuper cognitione
vnius cauſæ:& quia non potue-
runt ſe in vnum cõgregare , vel
concordare,fuit lapſa inſtantia:
quia ex quo nõ poteſt imputari
parti,reſtituitur inſtantia:& nõ
33 tenetur ad expenſas. ¶ * Duo-
decima limitatio colligitur ex
prædictis:ſcilicet,vt non proce-
dat regula,quãdo princeps in-
ſufflauit inſtãtiã : quia tunc etiã
poſt triennium poteſt ferri ſen-
tentia : & perinde habetur , ac
ſi inſtantia perempta non eſſet.
quod qualiter procedat , vide
quæ proximè dixi. Ex quibus
poteris facere concluſionem, ꝙ
ſi fortè ſacrum concilium inſuf
flaret nulla facta mẽtiõe de ex-
penſis, poteſt pars aduerſa op-
ponere,ꝙ nõ audiatur actor,ni-
ſi refectis expenſis : quando ex
proceſſu argueretur eius negli-
gẽtia : per dictam regiam prag.
quæ incipit, Inſtantia.in princ.
quia



quia reſtitutio & priuilegium
principis debet intelligi ſine
præiudicio tertij.l.ij .§. meritò.
&.§.ſi qs à principe.ff. ne quid ĩ
loco. publi. ſecus ſi ex proceſſu
vel aliter legitimè appareret
de aliqua iuſta cauſa. quibus
adde deciſio.lxx. conſil.Neapo.
34 ¶ *Item,per dictam regiã prag.
potes inferre, quòd quando in-
ſtantia eſt lapſa facto iudicis, cũ
proteſtatione,de qua ibi, nõ eſt
neceſſe adire regem , nec ſacrũ
conſiliũ pro inſufflatione. quia
text.illius prag.vult, quòd ipſo
iure cenſeatur inſtantia reſtitu-
ta. vnde inſtantia reuiuiſcit ex
diſpoſitiõe legis, propter illud
verbum,ipſo iure &c.& ſine fa-
cto hominis:vt not.glo. in l.iu-
bemus.§.œconomus.C.de ſacr.
ſanct.eccleſ.& in c.j.in princip.
de reſcrip.lib.vj.& in l.in crimi
nali.C.de iuriſdic.om.iudic. in
quibus locis tãgitur ſignificatio
huius verbi,ipſo iure.vnde ſine
alia inſufflatione regia poteſt
tunc iudex procedere ad ſentẽ
35 tiam,etiã poſt trienniũ.¶ * De-
cimotertiò limita nõ procede
re in perſonis,quibus iura & re
gni conſtitutiones concedunt
beneficia reſtitutionis in inte
grum:prout ſunt mulieres, mi
nores,& eccleſia:quia iſtis con
ceditur reſtitutio in integrũ ad
uerſus inſtantiam abſque inſuf
flatione, & reſtitutione expẽſa
rum.ita deciditur in dicta regia
prag.quæ incipit , Inſtãtia.in fi.
& licet ibi non dicatur expreſsè
de expenſis, nec de inſufflatio-
ne:bene tamen colligitur ex li
tera ibi : quia in principio ſui
dixerat:ꝙ quando perit inſtan-
tia per negligentiam,debẽt re-
fici expenſæ: & poſteà in fine fa
cit illam exceptionem:ergo nõ
debent in exceptione refici ex
penſæ: quia aliàs exceptio non
eſſet de regula : iuxta not. per
Barto.in l.in his.ff.de leg.& Fe
ly.in c.quoniam frequẽter. col.
j.ij.& iij.vt lite non cõteſta.Itẽ,
quia dicta prag. reſeruat bene-
ficium reſtitutionis in integrũ
aduerſus inſtantiam illis perſo
nis,quibus aliàs de iure compe
tit : ſequitur quòd dictũ benefi
cium poteſt peti coram eodem
iudice : & non eſt neceſſe adire
36 principẽ:*quia quilibet iudex
ſiue ordinarius ſiue delegatus,
poteſt de reſtitutiõe in integrũ
cognoſcere , & illam cõcedere:
maximè incidẽter in cauſis.l.fi.
37 C.vbi & apud quẽ. ¶ *Decimo-
quartò limita non procedere,
quando aliquis litigator poſt
cœptam inſtantiam fuit effectꝰ
familiaris alicuius officialis , q
præeſt illi tribunali, in quo illa
cauſa vẽtilari debebat.quia du-
rãte officio dictus officialis nõ
põt de illa cauſa cognoſcere: &
interim.non currit inſtãtia vſq;
ad aduẽtum ſucceſſoris. de hoc
eſt tex.in conſti.regni,quæ inci
pit,Iuſtitiarij per prouincias. &
ibi hoc not.Matth.in vj.no vn-
de etiam poſt triennium poteſt
ſucceſſor illam cauſam decide-
re:

38 re: vt ibi habetur. ¶* Decimoquinto limita procedere in cauſa, quæ debet principi conſultari: quia donec expectatur reſpõſio à principe, non currit interim inſtantia. ita ſentit Lucas de Pẽna in l. ij. colum. viij. C. de naufrag. lib. xj. & hoc tenet expreſsè Matth. in conſtit. hac lege in iij. not. & in conſtitut. accuſatorẽ. in ſecundo not. & probat proprie tex. in dicta conſti-
39 tu. hac lege. ¶* Decimoſextò limita non procedere, quãdo coram iudice ſeculari euenit aliquod emergẽs, cuius cauſa fuit ſibi inhibitum per ſuperiorem vel per iudicem eccleſiaſticum: puta quando orta eſſet quæſtio vſurarum, vel alia ſimilis: iuxta ea, quæ habentur in c. tuam. de ordin. cog. nam tunc pro tempore, quo durauit inhibitio, nõ currit inſtantia: & ſic poteſt in hoc caſu ferri ſententia poſt triennium. ita tenet Abb. in d. c. venerabilis. col. iiij. in fi. verſi. ex hoc arguo &c. de iudi. ꝑ hoc videtur tex. in l. intra vtile. ff. de
40 minor. ¶* Decimoſeptimò limita non procedere in caſibus, in quibus aliqs impeditur agere impedimento iuris: vt quia reus conuẽtus eſt interim effectus priuilegiatus: adeò ꝙ denegatur actori audientia, vt nõ poſsit reum conuenire, nec litẽ cœptam coram eo proſequi: nã interim durante dicto priuilegio & iuris impedimento, non currit inſtantia. ita tenet Fra. de are. in conſi. c in prin. & Bald. in l. quotiens. C. de precibus impe.
41 offe. ¶* Decimooctauò limita non procedere, quando cauſa & proceſſus concluſus, eſt trãſmiſſus ad conſiliũ ſapiẽtis: quia interim donec ſtat penes cõſultorem, nõ currit inſtãtia. ita cõſuluit quidẽ Frã. Viterb. in quodam ſuo conſi. inci. Vtrum dies, quibus &c. Sed ego ſatis dubito de iſta deciſiõe: nam nos videmus, quòd quãdo ſtat per ipſum iudicẽ, vel procedit impedimẽtum facto tertij, currit inſtãtia: vt tenent doct. cõmuniter in d. l. properãdum. §. ſin autem vtraque. multò fortius eſt idẽ dicendum, quando ſtat per conſultorem: quia ſaltem poteſt dici tertius. Prætereà, conſidero vnum dictum Fel. in c. cùm venerabilis. col. xvij. ver. fallit tertiò, &c. de except. quod etiã tãgit Paul. de Caſtr. in l. j. C. de relat. vbi dicit, quòd quãdo iudex videt labi inſtantiam, & non poteſt habere conſilium à ſapiente infra tempus poteſt ferre ſentẽtiam, dicens: pronuncio, prout continebitur in conſilio ferendo per talem conſultorem. Si enim eſſet verũ, quòd inſtantia nõ curreret interim, nõ eſſet opus ita ſentẽtiare: quia poſſet expectari conſiliũ abſq; lapſu inſtãtiæ. ergo illud dictũ probat, ꝙ inſtãtia currit. vnde cõcludo verius eſſe, ꝙ in caſu iſto currat inſtãtia, per prædicta. ſed eſſet iuſta cauſa obtinẽdi reſtitutionẽ abſque

refe



refectione expenſarum, per ea, quæ dixi ſuprà. in xj. & xij. limita-
42 tione. ¶* Decimononò, limita non procedere in cauſis feudalibus, in quibus in regno inſtantia durat tantum per annum, ut eſt ritus magnę curiæ, uicariæ in numero 5. qui incipit, item quòd
43 inſtantia, &c. ¶* Viceſimò limita non procedere in cauſa criminali alicuius clerici, quæ eſt deuoluta ad iudicem ſecularem, propter impedimẽtũ epiſcopi: quia talis cauſa debet expediri infra duos mẽſes, & eatenus durat inſtantia, & non ſe extendit uſque ad biennium. tex. eſt in authent. ut cle. apud prop. epiſco. §. ſi tamen de criminalibus. & ibi hoc in terminis tenet Ang. in fi. uerbis. dicens per illũ text. eſſe correctam l. properãdũ. in iſto caſu propoſito. Verùm iſtud proce-
44 dit de iure ciuili.* ſed de iure canonico, eſt hoc correctũ per cap. ſi diligenti. de foro compe. quo cauetur, quòd etiã propter impedimentũ epiſcopi, non poteſt iudex ſecularis cognoſcere de cauſa clerici conuenti coram eo. & hoc tenet Iacob. de Bel. in authent. ut cle. apud pro. epiſco. in quinta opp. Quòd ius canonicũ ſeruatur hodie, propter li-
45 bertatem eccleſiaſticam. ¶* Viceſimoprimò limita non procedere, quando elapſo triennio, & ſic perempta inſtantia partes de communi conſenſu repeterent omnia acta uno contextu, porrigendo libellum, litem conteſtando, terminum recipiendo, & ſic de ſingulis actis: quia per talem reepilogationẽ actorũ poſſunt inſtantiam reſtaurare: & habetur poſtea, ac ſi perempta nõ eſſet. ita tenet Barto. in d. l. properandum. & ibi etiam Alex. in iiij. col. circa fin. & Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad legem falci. per ea, quæ tradit Bart. in l. quæ omnia. & in l. mutari. & ibi Baldus. ff. de procur. idem tenet Feli. in cap. uenerabilis. colum. v. uer. quarta declaratio, &c. de iu.d. & Ioan. de Imo. in c. de cauſis. de off. deleg. & Soci. in conſi. xxxj. colum. v. in princ. in. j. uol. Et hoc unum ſolũ remedium conſiderant Doct. in locis præallegatis ad faciẽdum, quòd inſtantia per partes renouetur. Verùm hæc non eſt prorogatio inſtantiæ, ſed poteſt potiùs dici inſtauratio & renoua-
46 tio de nouo. ¶* Vltimò pro re aſſumptione prædictorũ colligo hic unam cõcluſionem: ſcilicet, quòd inſtantia perempta poteſt altero de quatuor modis inſtaurari. Primo modo, per inſufflationem principis, ut dixi ſuprà, in xj. & xij. limitatione. & an tũc debeant refici expenſæ, ibi dixi. Secũdò per beneficiũ reſtitutionis in integrum: ut dixi ſuprà, in xiij. limitatione. Tertiò, per reepilogationẽ actorũ de conſenſu partium: ut modò dixi, in xxj. li-
47 mitatione.* Quartò, per inceptionẽ cauſę de nouo: quia perempta inſtãtia non perit cauſa, neq; ius partis: ſed poteſt actor

s de

de nouo cauſam incipere, & no
uam inſtantiam fabricare: ut d.l.
properãdum.§.fin.& ibi gloſ.in
uerſic.uigorem. & communiter
Doct.& Bart. in l.petend.æ.C.de
temp.in integ.reſti.& differt iſte
quartus modus ab aliis tribus
præcedẽtibus: quia in primis tri
bus reſtituitur eadem inſtautia,
quæ erat perempta, & illa acta,
quæ erant celebrata,remanẽt in
ſuo robore, & nõ eſt neceſſe de
nouo illa acta reficere, ſed po-
teſt ferri ſententia ex illis primis
actis: ſed in iſto quarto modo
creatur noua inſtantia:& eſt ne-
ceſſe,quòd de nouo teſtes pro-
ducantur & examinentur:ut di-
cit glo.in d.§.fi.in uer.uigorem.
& ibi per doct.Item in hoc quar
to modo, quando actor uult de
nouo agere, tenetur indiſtinctè
ante omnia reficere expenſas:ut
habetur in deci.lxx.conſi.Neap.
& probatur ex his,quæ infrà di-
cam:quia perempta inſtãtia,ſem
per actor condemnatur ad ex-
penſas:ut dicit Bal.in d.l. prope-
randum.§.illo.in fin.& Lanfran.
in repe.c. quoniam contra.in fi.
48 de proba.¶*Limita tamen hoc,
quod dixi in hoc quarto modo,
procedere tantùm in cauſa ciui-
li, ſecus in criminali: quia per-
empta inſtantia in cauſa crimi-
nali per lapſum biennij nòn au-
ditur ulterius accuſator ad ite-
randum: ſecundum Alex. in d.l.
properandum.§.fin.& ibi etiam
Salyc.idem tenet Bal.in l.aboli-
tionem. C. de adult. & probatur
in cõſti.regni, quę incipit,Accu-
ſatorem.& ibi hoc not.Matth.in
ij.no.Ioan.de Ana.in c.licet.col.
fin.de accuſ. Et in tãtum hoc eſt
uerum,quòd etiam ſi offerat ſol
uere expenſas, nõ auditur accu-
ſator ad inchoandũ nouum iudi
ciũ: ſecũdũ Saly.in l.j.C.ut infra
certum tempus.per ea, quæ ha-
bentur in l.ſi is.& l.fi.C.ad turpi.
49 V E N I O * ad tertiã quæſt.prin
cipalem, & quæro quis ſit effe-
ctus peremptionis inſtantiæ, &
quid poſsit facere iudex ea per-
empta.Super quo præſuppono,
quòd inſtantia cauſarum poteſt
duobus modus euaneſcere. Pri-
mo modo, ſcilicet per lapſum
temporis, de quo plenè dixi in
præcedenti quæſt. Secundò mo
do, per ſentẽtiam abſolutoriam
latam ab obſeruatione iudicij.&
hoc poteſt cõtingere multis mo
dis.Primò,ut quando actor fecit
citari reũ in cauſa ciuili, uel cri-
minali: & in ultimo peremptо-
rio comparet reus,& non actor:
tunc reus accuſat contumaciam
actoris,& petit ſe abſolui ab in-
ſtantia iudicij, & actorem con-
demnari in expenſis: & ita pro-
nuntiat iudex:per quam pronun
tiationem non poteſt dici uerè
perempta inſtãtia,ex quo incœ-
pta non erat ante litem cõteſta.
ſed potius eſt circunductum edi
ctum,& ſic eſt perempta citatio.
Verùm actor non poteſt iterum
agere, niſi ante omnia reficiat
expenſas,ſicut quando inſtantia
eſt perempta:ita tenet Andr. de
Yſer.



Yſer.in conſti.ſpõte uolentibus.
per l.eũ,quem temerè.ff. de iud.
Et quòd actor poſsit iterũ age-
re,eſt tex.ĩ l.& poſt edictũ.§. cir
cunductio.ff.de iudi.ubi dicitur,
quòd eſt perempta inſtantia,nõ
autem totius cauſę,niſi eſſet lata
ſententia abſolutoria ab obſer-
uatione iudicij:ut dicit ibi gloſſ.
& ſic ęquiparat hunc caſum per-
emptioni inſtantię totius cauſę,
quãdo fertur abſolutoria.& hæc
materia tractatur plenè p doct.
in l.properandum.§. & ſi quidẽ.
50 C.de iudic. ¶ * Secundò modo
fertur abſolutoria ab obſerua-
tione iudicij, quando fuit in iu-
dicio præſentatus libellus ine-
ptus,puta ex carẽtia actionis:iu
xta l.ſi pupilli.§. uideamus.ff.de
nego.geſt. uel ex defectu ſolen-
nitatis ſubſtantialis,uel alio mo
do ſimili. De hoc eſt text.& ibi
Bart.in l.libellorum.§. quòd ſi li
belli.ff.de accuſ.& Spec.in tit.de
offic.omn.iud.§.deſeruit. col.v.
uer.in ſententiæ,&c.& glo.in l.j.
in prin.in uerſi. nec tenere.in fi.
ff.ſi men.fal.mod.dixe. tunc fer-
tur ſentẽtia abſolutoria. & reſer
uatur ius agendi ex alia cauſa
apta,ſecundum Bald.in auth.ſed
ſi quis.col.pen.uer.item illa,&c.
C.de ſecun.nup.& idem Bald.in
l.ij.in xiiij.q.C.de reſcin.uen. Ex
quibus autem cauſis dicatur li-
bellus ineptus:uide Pet.Philipp.
Corn.in conſi.cxxj. colum.iiij.in
fin.in litera l.la ſecunda. in pri-
mo uolum.Et procedit hoc tam
ante litẽ cõteſtatam,quàm poſt.
quia ſi fabricatus eſt proceſſus
inualidus, ſuper libello inepto,
uel aliter,proceſſus eſt nullus ex
aliquo defectu,non poteſt ſuper
tali proceſſu ferri ſententia ua-
lida,per ea,quæ not.gloſſ.inſtit.
de oblig.in princi.in uer. ſecun-
dum.in fi.unde iudex tunc pro-
nũtiat proceſſum nullum,& ab-
ſoluit reum ab obſeruatione iu-
dicij, reſeruato actori iure iterũ
agendi.text.eſt in cap.examina-
ta.& ibi Abba.& Felin. de iudic.
& Alexand.in addi. ad Bartol.in
d.l.j.ff.ſi men. fal. mo. di. Et ex
hoc habes practicam,quòd quã
do proceſſus eſt nullus ex ali-
quo defectu, licet probationes
ſint receptæ: non tamen fertur
ſententia diffinitiua, ſed abſo-
lutoria ab obſeruatione iudicij.
per dict.cap.examinata.quæ ab-
ſolutoria, dicitur ĩterlocutoria,
ex eo,quia non diffinit totũ ne-
gotium: cùm remaneat facultas
iterum agendi.gloſſ. eſt nota.in
uer.abſoluetur. quam ibi ad hoc
ponderat Bartol. in l.harum.ff.ſi
ſeruit.uen.& Bartol. in l. Titia.ff.
de accuſa.hodie autem in regno
ſaluãtur proceſſus à multis nul-
litatibus:per capit.deteſtãtes. &
per regiam pragm.primam,quæ
incipit,Diſpendia.ex quo procę
ditur ſine figura iudicij, & ſola
facti ueritate inſpecta in cauſis
ciuilibus: de qua materia uide
Pari.in tracta.de ſynd. in uerſic.
ſententia. ubi per plures colum.
ponit intellectum dicti ca.dete-
51 ſtantes. ¶ * Tertio modo fertur

abſolutoria ab obſeruatione iu-
dicij, etiam in cauſa appellatio
nis:ut quando iudex cauſæ prin
cipalis protulit ſententiam diffi
nitiuã ſuper proceſſu inualido, à
quo fuit appellatum: nam iudex
appellationis uidens ſentẽtiam
nullam, caſſat ipſam : & abſoluit
reum ſaluo iure iterum agendi.
tex.eſt,& ibi gloſ.& Abb.in cap.
cum dilecti. de empt.& uend.&
not,Bald.in l.ij.in xiiij. quæſt.C.
de reſcin. uendit. & Alexand. in
cõſi.lxxix.incipi. perſpectis uer-
52 bis,&c. in ij.uolum. ¶* Quarto
modo fertur abſolutoria ab ob-
ſeruatione iudicij, quãdo actor
lite conteſtata ſe abſentat,& nõ
proſequitur cauſam: nam tunc
eſt in poteſtate rei proſequi cau-
ſam,& producere ſuas exceptio
nes:uel inſtare,quòd abſoluatur
ab obſeruatione iudicij actore
nõ proſequẽte:quo caſu, ſi reus
eligit hanc uiam, ut abſoluatur,
iudex citabit actorem,ut ueniat
ad proſequẽdum: qui ſi non ue-
nerit,poterit reum abſoluere ab
inſtantia iudicij, & actorem ab-
ſentem cõdemnare in expenſis.
Si uerò reus elegerit aliam uiã
producendi ſuas defenſiones,&
tunc ſi illis productis liquet iudi
ci de cauſa, ut pro reo uel pro
actore poſsit diffinitiuã profer-
re,& tunc abſoluet reum diffini
tiuè.Et ſic liquet pro actore,cõ-
demnabit reum diffinitiuè acto-
ri abſenti: & in omnem euẽtum
actor abſens cõdemnatur in ex-
penſis,ſiue uincat, ſiue ſuccum-
bat.Si uerò de cauſa non liquet,
ut quia neque actor,neque reus
produxit probationes ſufficien-
tes,& tũc abſoluet reum ab ob-
ſeruatione iudicij.Ita hęc omnia
deciduntur per tex.& ibi Bartol.
Bald.Alexander,& communiter
Moder.in dict. l. properandum.
§.& ſi quidem.C.de iudi.Et uti-
litas eſt iſta,quia quãdo reus ab
ſoluitur ab inſtantia iudicij, po-
teſt actor iterum agere refectis
expenſis: ut habetur in cap.exa-
minata.de iud.& in l.& poſt edi-
ctum.§.circunducto.ff.de iudic.
& patet ex his, quæ ſuprà dixi.
Sed quando abſoluitur diffini-
tiuè, non poteſt ulterius agere
actor: quia obſtat ſibi exceptio
rei iudicatæ: ut declarant Alex.
& Iaſ.in v.& vj. colum. in dict.§.
& ſi quidem. Illud autem, quod
dixi ſuprà, quòd tunc dicitur de
cauſa non liquere, quando pro-
bationes non ſunt productę:in-
tellige, quando non fuit datus
actori terminus probatorius: ut
quia ſe abſentauit ante dationẽ
termini ad probandũ: nam tunc
fertur abſolutoria ab obſerua-
tione iudicij. Si autẽ datus eſſet
terminus, & poſtea actor ſe ab-
ſentaſſet, tunc ſiue fiant proba-
tiones, ſiue non,poteſt ferre iu-
dex diffinitiuam ſententiam pro
reo:per l.qui accuſare.C.de edẽ.
ita declarat Bart.in d.§.& ſi qui-
dem.in iij.oppo.& ibi etiam Iaſ.
53 in v.col. ¶*Hoc tamen ſingula-
riter limita nõ procedere,quan-
do actor ꝓbaſſet ſemiplenè, &
reus



reus nihil: quo caſu eſſet defe-
rendum iuramentum ſuppleto-
riũ actori, quia ex quo propter
eius abſentiam non poteſt iura-
mentum deferri,& reus minimè
poteſt condemnari: quia nõ eſt
plenè probatũ, abſoluetur reus
non diffinitiuè: ſed ab obſerua-
tione iudicij, propter illam ſe-
miplenam probationem: ita te-
nent Marti.Sylli.& Salyc.in d.§.
& ſi quidem. quos ibi ſequitur
54 Alex. in iij.col. ¶*Et inquantum
ſuprà dixi, quòd abſolutoria ab
obſeruatione iudicij, eſt interlo
cutoria: adde unũ caſum,in quo
habet uim diffinitiuæ, uidelicet,
quãdo reus ſolueret debitũ pen
dente iudicio: quia tunc nõ ab-
ſoluitur diffinitiuè, ex quo pro-
ceſſus habuit uerum principiũ,
& obligatio fuit ſublata per ſo-
lutionem poſtea factam: ſed ab-
ſoluitur ab obſeruatione iudi-
cij, quæ abſolutio habebit uim
diffinitiuæ: ſecundum Bart.in l.
Titia.ff.de accuſ. & Iaſ.in d.§.&
55 ſi quidem.co.penul. ¶*Iſtis prę-
ſuppoſitis uenio ad deciſionem
huius tertiæ quęſt.& dico, quòd
quando perit inſtantia ſecũdum
primum modum, ſcilicet per la-
pſum temporis, effectus eſt ille:
quia pereunt omnia acta iudi-
cij,non autem acta cauſæ ſeu li-
tis.ita dicit Abb.in c.uenerabilis.
colũ.vj.uer.quæro,quę acta,&c.
de iudi.Declara iſtam differẽtiã.
Acta iudicij dicũtur illa,quæ ten
dunt ad litis ordinationẽ: prout
eſt libellus,litis conteſtatio,ter-
minus probatorius,ſatiſdatio,&
alij ſimiles actus. Acta cauſæ di-
cuntur ea, quæ tendunt ad litis
deciſionẽ:prout ſunt depoſitio-
nes teſtiũ,inſtrumẽta, cõfeſsio-
nes, & alia ſimilia acta probato
ria.ita declarat gl.in cle. ſæpe.in
uer.defenſiones.de uerbo.ſigni.
Iſta ergo eſt uera & communis
concluſio : quòd per lapſum in-
ſtantiæ pereunt omnia acta pen
dentia ad litis ordinationem, &
omnes ſatiſdationes receptæ in
iudicio : ut dicitur in d.l. prope-
randum.§.& ſi quidẽ. Acta uerò
probatoria non pereunt. ita te-
net Spec.in tit.de iudic.deleg.§.
reſtat.uerſi.ſed nunquid omnia.
& Bal.in l.cùm antea. circa finẽ.
C.de arbit.& Bar.plenè in l.cùm
lite mortua.ff.iud.ſol.& Alexan.
in conſi.lviij.in ij.uol.& Barto.&
Alexã.plenè in l.is, apud quem.
col.antepen.&pe.C.de eden. &
Abb.in c.cauſam. quæ de teſti.&
habetur in deciſio.cxlviij.conſil.
Neapol.unde ſequitur cõcluſio,
quòd quãdo inſtantia incipitur,
de nouo poſſunt in uim proba-
tionis produci atteſtationes &
probationes receptæ in prima
inſtãtia perempta:& facient ple-
nam fidem:ut dicunt doct.in lo-
cis præalleg.& Alexan.in conſil.
lxj.col.iij.in fin.in ſecundo uolu.
Solùm ergo requiritur,quòd lis
de nouo ordinetur, incipiendo
à libelli porrectione, & citatio-
ne, & proſequendo alios actus
56 uſque ad finem cauſæ. ¶ * Præ-
dicta tamen intellige & limita,
dum

dummodo acta ſint publicata in
prima inſtantia:aliàs ſi non ſunt
publicata, non facient fidem in
alia:ut habetur ĩ l.geſta. C.de re
iudi.& per Bartol.in d.l.cùm lite
mortua.Alex.in d.l.is,apud quẽ.
col.vi.in fin.uerſic.ſexta conclu-
ſio,&c.C.de eden. Sed reſtat du
bium, an poſsint peti publicari
coram iudice ſecundæ inſtãtiæ.
In hoc eſt uarietas inter docto.
quia Bar.in d.l.cum lite mortua.
tenet quòd ſic.&multi alij.doct.
tenent contrarium: quos refert
Alex. in d.l. is, apud quem.tan-
dem Alex. ibi concludit ſequen.
opin.Anto.de But. in ca.Alberi-
cus.de teſt. ut diſtinguamus: aut
teſtes ſunt uiui,adeò quòd poſ-
ſunt iterum produci:&tunc non
poſſunt publicari per iudicem ſe
cundæ inſtantiæ:ſed debent ite-
rum produci & examinari. Aut
ſunt mortui, adeò quòd iterum
haberi non poſſunt. & tunc po-
terunt publicari, & plenam fi-
dem facient. & hanc opin.puto
eſſe ueram: quam in effectu te-
net expreſsè gloſ. quæ non fuit
ibi ponderata in l.properãdum.
§.fin.in uerſicul. uigorem. C.de
iud. & cum hac diſtinctione per
57 transeo. ¶ * Prædicta tamen in-
tellige ſolùm procedere in cau-
ſa ciuili:nam in criminali per la-
pſum inſtantiæ pereunt non ſo-
lùm acta ordinaria,ſed etiã pro-
batoria: ita ꝙ nullo modo põt
iterum agi. ita declarat Matt in
cõſti.accuſatorẽ.in ij.not. & pro
batur ex his, quæ tradit Salyc.&

Alex.in d.l.properandum.§.fi.&
dixi ſuprà.in ij. quæſt.principali.
in fi.uerſi.limita tamen hoc, &c.
De aliis autem actis ordinariis,
an pereant in totum in cauſa ci-
uili:& an remaneat aliquis effe-
ctus eorũ: uide Alex.ĩ l.is, apud
quem.C.de eden.in vj.& vij.col.
& Barto in l.cum lite mortua.ff.
58 iud.ſol. ¶ * Alius effectus ſequi-
tur ex perẽptione inſtãtię: quia
ſententia lata poſt eam perem-
ptam, eſt ipſo iure nulla,& nullũ
habet effectum,ſecundum Alex.
in conſi.cxxxviij.col.j.in ij uolu.
& in conſi.cxxxvj.col.j.eod. uol.
& in conſi.xlij.in iij.uolu. & Par.
in tract.ſynd. in uerſic.inſtantia.
col.ij.& glo.Bart.& doct.cõmu-
niter,in d.l.properandũ.in prin.
ubi hoc limitãt,& maximè Alex.
in penul.colũ. ut procedat in in-
ſtantia biennij uel triennij indu
cta à iure communi. & idem in
inſtantia ſtaturaria,quando ſim-
pliciter eſt ĩducta. Secus,ſi eſſet
adiecta pœna iudici non pro-
nuntianti infra tempus ſtatuti:
quia tunc ſententia poſtea lata,
ualet: licet iudex incidat in pœ-
nam.& hoc tenet etiam Paul.de
Caſt.in cõſi.xvj.col.pen.in j uol.
59 ¶*Intellige tamen prædicta, ꝙ
iudex non poteſt ferre abſolu-
toriam uel condemnatoriam in
cauſa principali, tamen ab ob-
ſeruatione iudicij poteſt abſol-
uere reum, & condemnare acto
rem in expenſis, etiã poſt perẽ-
ptam inſtãtiam: quia periculum
expenſarum, ſpectat ad acto-
rem:



rem:cuius negligentia periit.ita
tenet Alexan. in conſi. lxvj. poſt
prin.in v.uol. & idem Alex. in d.
l.properandum.§. illo. circa fin.
& ibi per Bald.& alios docto. &
Feli.in c.de cauſis.col.v.de offic.
dele.Et Lanfran.in repe.c. quo-
niam cõtra.in fi.uerbis.de prob.
& Alex. in conſil. cxxxvj.col.j.&
conſi.cxxxviij.colum.j.in ij.uolu.
60 ¶* Secundò intellige & limita,
niſi ex proceſſu appareret coſeſ-
ſio rei conuenti:quia ex ui noto
rij poteſt iudex ferre ſententiam
contra confeſſum,etiã poſt per-
emptam inſtantiam & ualet ſen-
tentia ſiue in ciuili,ſiue in crimi-
nali,ſecundum Bald. in d.l. pro-
perandum.in fine illius princi. &
Abb.in c.uenerabilis.col.pen.de
Iud.& Felin.id d.c.de cauſis. col.
v.de offic.deleg. & Alex.in addi.
ad Bartol. in l. ſi confeſſus. ff. de
custo.reo.in addit. quæ incipit,
An ex inordinato, &c. in fine.
61 ¶*Addę tamen hîc, quando in-
cipitur de nouo cauſa poſt perẽ
ptionem inſtantię,quòd poſſunt
in nouo iudicio opponi omnes
exceptiones dilatorię,& declina
toriæ: perinde ac ſi nunquam ul
lum iudicium fuiſſet intentatum,
ſecundum Ang. in conſi. cclxxx-
62 viij.in fi.¶*Vltimò,pro comple-
mento huius materiæ,poſſet du
bitari,quid ſi inſtantia perit non
per lapſum tẽporis,ſed alio mo-
do: puta per abſolutoriam ab
obſeruatione iudicij: ut quia li-
bellus proceſſus fuit nullus: quæ
acta pereant tunc? Dic ſimili-

ter, quòd pereũt ordinaria litis.
Acta uero probatoria, non per-
eunt:quia poſſunt produci in a-
lia inſtantia in uim probationis.
Ita tenẽt Hoſt.& Abb.in fi. uer-
bis.in c.cauſam,quæ.& ibi etiam
Felin.in penul.col.in fi.& ſequẽ.
de teſti. reprobata quadam opi.
Bal.aliter tenẽtis, ut ibi refertur.
Plus etiam dicit ibi Felin. quòd
eſt maioris efficaciæ iſta perem-
ptio inſtantię per abſolutoriam,
quia tunc perit omnino effectus
actorum ad litis ordinationem,
etiã quo ad interrumpendã prę-
ſcriptionem:& quo ad alios effe
ctus, in quibus durãt,quãdo pe-
rit per lapſum triennij, ſecũdum
Alex.in d.l.is,apud quem.& Bar.
in d.l.cùm lite mortua.Robertus
Maranta V. I. D.
63 SEQVITVR*modò uide-
re de tertio termino:qui dicitur,
lis:ut ſequar ordinẽ præpoſitum
in principio huius quintę partis.
Qui terminus,lis, eſt magis ge-
neralis: nam quandoq; ponitur
pro inſtantia cauſæ, & ita accipi-
tur in d.l.properandum. in prin.
& in d. l. cùm lite mortua. ff. iu-
dic.ſol.quandoque ponitur pro
ipſa cauſa deducta in iudicio: ut
habetur in l.nullæ. C. de procur.
& in l.litis nomen.ff.de uerb.ſig.
ita declarat Alex. in l. poſtquam
liti.col.j.C.de pac. & idem Alex.
in conſi.xxij.colum.j.in fi.in pri-
mo uolumi. ubi per hoc infert,
ꝙ is,qui renuntiat liti, cenſetur
renuntiare inſtãtiæ & cauſæ. ad-
de glo.in uer.litis.& ibi Gemi.in

cap.j.§.licet.de procura.lib.vj. & deci. ccxx. conſil. Neapol.in fin.

64 ¶ * Quando autem dicatur incipere lis. gloſ. in l. cauſas.C. de tranſ.& Bal.etiam ibi dicit, quòd incipit ante litẽ conteſt. Tamen ueritas eſt in contrarium : & illa glo. in hoc reprobatur: unde nõ incipit, niſi à litis conteſtatione. Probatur in c. ſuper quæſtionũ. poſt princ.& ibi glo.in uerſi.litis exordium.de offic. deleg. & in l. apertiſsimi.in princ. & ibi glo.in uerſi.inchoëtur.C. de iudi. & eſt text.in cap.ex parte.el tertio. de uerb.ſigni.& hanc opi.tanquam magis communem tenent Cyn. Bart.Ang.Alex. & Iaſ.in d.l. cauſas.& Felin.in d.cap. ſuper quæſtionum.col.iiij.in fin.& ſequen.

65 ¶* Quod autem limitat ibi Feli. quatuor modis.Primò, fauore liberationis.Secundò, quo ad inducendum uitium litigioſi. Tertiò, quo ad inducendã litis pendentiam. Quartò, quo ad perpetuandam iuriſdictionem.quia in iſtis caſibus incipit lis ante litem conteſtatam,& ſic à ſola citatione:ut ibi per eum.

66 QVARTVS terminus * eſt cauſa. Propriè cauſa dicitur, ipſum ius deductum in iudicio. hinc dicimus cauſam ciuilem uel criminalem, ſecundum quod in iudicio deducitur actio uel accuſatio:ut declarat Alexand. in d.l. poſtquam liti. col.j. per allegata ibi per eum. & in dicto conſilio xxij.col.j.in fin.in j.uolu.& incipit cauſa,etiam ante litem conteſtatam. & ſic tam antè, quàm pòd dicitur cauſa, ſecundum Alexan.& doct.in d.l. cauſas.C.de tranſact. & Ange. in §. omnem. col.ij.in authen.de litig.& habetur in c.forus.de uerborum ſign. & comprehendit tam ciuilem, quàm criminalem, ſecundum Cardi.in cle.j. in xviij.q. de offi-

67 cio uica. ¶ *Vnde autem dicatur cauſa:uide Card.in cle.j.§.ab olim. in tertia opposi. de ſepul. ubi dicitur, quòd cauſa dicitur,à chaos: quod fuit principium omnium in mundo, ita cauſa poteſt dici principium, & materia ipſius iudicij.& ibi ponit,in quo differant cauſa,ratio,& occaſio. & quid ſit cauſa, ponit Cardi. in cle.j. in xviij.quæſt.de offic.uica.

68 ¶ * Quæ autem ſit differentia inter cauſam & controuerſiam, dic, quòd cauſa non eſt, niſi in iudicio:ut habetur in d.l. cauſas. C. de tranſact. Controuerſia uerò poteſt fieri in iudicio,& extra iudicium,& ſic poteſt eſſe ſine lite,ſecundum Bald.in d.l. cauſas. & ibi communiter docto. Pro hoc eſt tex.in l.Lucius.§.tres hæredes,& ibi Bart.ff.ad Trebel. & dicitur fieri controuerſia nõ ſolùm agendo,ſed etiam exceptionem opponendo:ut not. glo. in l.non ſolùm.§.ſi ſtatus.& ibi per docto. ff. de procura. & dicitur controuerſia, ſiue fiat de iure, ſiue fiat de facto,ſecundum Bar. in dicto §.tres hæredes. Item fit controuerſia etiam reſiſtendo ſecundum Bald.in l.j.C.de teſtib.





ubi idem dicit de hoc nomine quæſtionis,ſcilicet quòd fit quçſtio etiam reſiſtẽdo, & ſimiliter quçſtio dicitur extra iudiciũ, ſecundũ Bal.in d.l.cauſas.Itẽ,dicitur controuerſia etiã ante litem conteſtatam,ſecundum Barto.in l.diuus. in princip. in primo nota.ff.de petit.hæred. & Abb.in c. & ſi Chriſtus.de iureiuran.& Alexand.in l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis fortè.ff.de uerborum obligat. & uide aliqua de prædictis, per Barto.in l.amplius.ff. rem ratam habe. & Felin.in cap.ſuper quæſtionum. in princip. in iiij.col.in fi.& ſeq.de offic. deleg.& in quo differat cauſa à negotio,ponitur in c.forus. de uerbo.ſigni. & declarat Cardi.in clem.j. in quinto not.de procu.Nam cauſa non dicitur, niſi in iudicio : negotium uerò dicitur in iudicio, & extra. Vnde procurator ad negotia, poteſt agere in iudicio, & tractare extraiudicialia. Sed procurator ad cauſas non poteſt tractare extraiudicialia, ſecundum eũ. & uide de prædictis per docto. in l.ſi quis maior.C.de tranſact. & hæc de iſta quinta parte dicta ſufficiant. Rober.Maranta Venuſ. V. Iur. Doct.

## SEXTA PARS.

*Iudicium trifariam partitum. Et cuiuslibet partis tempus & uſus. Tum decem membra ſeu potius gradus ad iudicium, ordine & loco diſtincti, doctè & eleganter.* In *ſumma, actuum, qui emergunt in iudicio, ſedecim numero, inſignis & compendioſa explicatio.* Po*ſtremò, iudicij deciſoria.*

1 *Totum iudicium quo ad ſui ordinẽ, tres partes habet.*

2 *Acta omnia, quæ fiunt à citatione, uſque ad litis conteſtationem incluſiue, in principio iudicij fieri dicuntur.*

3 *Iudicium, quæ membra ſeu acta in ſui prima parte contineat.*

4 *Quibus modis ad iudicij principium perueniatur.*

5 *Inquiſitio uel accuſatio præcedere debet, ut quis de aliquo crimine puniatur.*

6 *Inquiſitio prohibetur, niſi in caſibus à iure expreßis.*

7 *Inquiſitio generalis, quæ dicatur. quo modo, & qualiter fiat, & ad quem effectum.*

8 *Copia repertorum non datur hodie in regno, ſed tantùm capitulorum, quod procedit in foro ſeculari: ſecus in eccleſiaſtico.nu.9.& 10.& ibi ponitur intellectus ad c.Regni, quod incipit, ſubiungendo.*

11 *Inquiſitio generalis præcedere debet, antè, quàm conueniatur uniuerſitas ad pœnam damni clandeſtini.*

12 *Inquiſitio ſpecialis contra certam perſonam, qualiter & quot modis fiat.*

13 *Inquiſitio fieri debet per eccleſiaſticum iudicem de idoneitate perſonæ eligendæ uel ordinandæ.*

14 *Prælatus uiſitans eccleſiã, de uita & moribus clericorum inquirere debet.*

15 Bona uacantia applicantur fiſco, ſed contradictor comparens auditur, & datur ſibi copia inquiſitionis ſeu defenſionis.

16 Ad ualiditatem inquiſitionis, quot requirantur.

17 Inquiſitio ſpecialis non procedit, niſi primo cõſtet delictum eſſe cõmiſſum.

18 Confeſſus occidiſſe hominem, non habetur pro ueridico, niſi primo mittatur ad locum ad inquirendum, an ibi fuerit homo occiſus.

19 Fama inquiſitionem præcedere debet: aliàs inquiſitio non ualet.

20 Iudici non creditur de fama, niſi ex actis appareat probata.

21 Fama niſi habuerit originem ab honeſtis perſonis, & fide dignis, nihil operatur.

22 Inquiſitio formatur, extantibus indicijs ſine fama.

23 Dictum ſocij criminis, non eſt ſufficiens ad inquirendum, fama nõ præcedente.

24 Iudex inquirere poteſt ad denuntiam officialis, non præcedente fama.

25 Inquiſitio formata de mandato principis, ualet, fama non præcedente.

26 Denuntiatio criminis à uiro probo facta ſufficiens eſt indiciũ ad inquirendum de infamia denuntiati: qua inuenta de crimine inquiritur.

28 Inquiſitio formata non præcedente infamia, ualet: exiſtente inquiſito præſente, & non contradicente.

28 Inquiritur contra officialem in ſyndicatu, non præcedente fama.

29 Inquiſitio generalis formatur, fama non præcedente.

30 Inquiſitio ſpecialis quam præceſſit inquiſitio generalis, ualet ſine alia famæ probatione.

31 Banna, quæ faciunt officiales in principio ſui officij, an ſint ſufficientia, ut iudex inquirere poſſit in caſibus a iure non permiſſis.

32 Inquiſitio non ad puniendum, ſed ad corrigendum pro animæ ſalute, fama non præcedente, ualet.

33 Inquiſitio formata ex neceſſitate officij, non præcedente fama, ualet.

34 Inquiſitio delicti non commiſſi dolo uel lata culpa, ſed per leuem aut leuiſſimam culpam, non ualet.

35 Inquiſitio locum, & tempus commiſſi criminis continere debet.

36 Inquiſitio ſine ſolennitatibus l. libellorum. ff. de accuſa. ualet, quãdo inquiritur de crimine commiſſo contra diuinam maieſtatem, & de crimine læſæ maieſtatis.

37 Inquiſitio omnes delicti ſpeciales circunſtantias continere debet, cum loco & tempore.

38 Offenſus citari debet ad accuſandum antè, quàm iudex inquirat.

39 Inquiſitio uigore ſtatuti facta, non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem, & remedium ordinarium dicitur.

40 Inquiſitio in quibus caſibus permittatur de iure communi, & per capitula Regni.

41 Inquiſitio non ceſſat, inquiſito affectante uel procurante ab aliquo accuſari, coram alio iudice, ut impediatur inquiſitio.

42 Offenſus, qui iudici dixit nolle accuſare, ſi demùm inquiſitione formata uult, non auditur.

43 Inquiſitio non impeditur per ſuperuenientem accuſationem, quando ex



parte rei nihil fuit oppoſitum.

44 Inquiſitio non ſuperſedit, quando accuſans prius denuntiat iudici, ut procedat ad inquirendum contra aliquem, quem poſtea accuſat.

45 Colluſio inter accuſatorem & accuſatum non facit ceſſare inquiſitionẽ.

46 Inquiſitio non tollitur, ſi accuſator fuit cauſa promouendi inquiſitionẽ.

47 Probationes receptæ in proceſſu inquiſitionis, non pereunt, ſuperueniente accuſatore, ſed remanent in ſuo robore.

48 Inquiſitio de iure canonico ſemper eſt remedium ordinarium, etiam non tollitur per ſuperuenientem accuſatorem.

49 Inquiſitio fieri non poteſt de crimine, de quo aliàs quis fuit accuſatus, uel inquiſitus, & legitimè abſolutus.

50 Inquiſitio non prohibetur, quando ſententia abſolutoria lata eſt, per colluſionem & præuaricationem.

51 Colluſio qualiter probetur. & contrà. nu. 45. in fi. & nu. 53.

52 Sententia ab obſeruatione iudicij, nõ impedit de eodem crimine inquiri.

53 Inimici de iure canonico repelluntur ab accuſando: ſecus de iure ciuili.

54 Accuſari põſt abſolutus à tertio, qui ſuã uel ſuorũ iniuriã proſequitur, & accuſationẽ ab alio ĩſtitutã ignorat.

55 Tranſactio criminis, facta cum accuſatore, an impediat, quin alius poſſit accuſare uel iudex inquirere.

56 Accuſatore remittente iniuriam pendente accuſatione, an poſſit iudex procedere, ſtante indultu principis præcedente.

57 Tranſactio in criminalibus quid operatur, maximè in caſibus permiſſis. & ſupra nu. 55.

58 Iniuria facta uni, omnibus eius conſanguineis facta cenſetur, & quanuis paſſus iniuriam remittat, poſſunt tamen alij accuſare.

59 Crimen publicũ in regno hodie non differt a priuato, quo ad accuſationẽ.

60 Conſanguineus accuſare poteſt de iniuria conſanguinei criminaliter tantum, non autem ciuiliter, niſi ſolus pater & maritus. & nu. 65.

61 Frater non agit ciuiliter pro iniuria fratris, ſed criminaliter ſic.

62 Conſanguinei uſque ad quẽ gradum admittantur ad accuſandum et proſequendum ſuorum iniuriam.

63 Iniuria, quæ fit diuinæ religioni, uel patriæ, propria appellari poteſt. & quilibet poteſt eam proſequi, tanquã propriam.

64 Spurij, nõ ueniũt appellatione ſuorũ.

65 Libellus iniuriarum ciuiliter fieri nõ poteſt ad æſtimationem iniuriæ, quãdo coniunctus agit pro iniuria coniuncti.

66 Agens pro iniuria illata ſuo conſanguineo, qualiter libellum concipere debeat.

67 Pater remittere poteſt iniuriam factam filio, eo inuito, nec alij fratres iniuriati accuſare poſſunt tanquam coniuncti.

68 Pater uilis, non poteſt iniuriam factam filio, remittere.

69 Pater uilis non poteſt filio pupillariter ſubſtituere.

70 Pater dilapidator, priuatur adminiſtratione bonorum filij. & tunc filius poteſt agere contra patrem.

71 Iniuriam illatam à coniuncta perſona

*ſona filio, non poteſt pater eo inuito remittere.*

72 Coniunctus *ultra ſextum gradum, uolens agere de iniuria cõiuncti, non admittitur.*

83 T*ranſactio in criminalibus, in quibus caſibus eſt hodie permiſſa per* Regni *conſtitutiones, & qualiter in hoc ius commune reſtringatur.*

74 T*ranſigentibus in criminalibus licitum eſt aliquid ab accuſato accipere, pro expenſis & intereſſe, & pro æſtimatione damnorum.*

75 I*niuriæ enormes & atroces, quæ dicantur & quæ leues.*

76 T*ranſactione facta in criminalibus, an & quando iudex procedat.*

77 A*ccuſator colludens ſeu præuaricans cum accuſato, qualiter punidtur, & quando præſumatur colluſio.*

78 T*ranſactio in ciuilibus, quando ſit permiſſa, per cõſtitutiones regni, & qualiter tranſigens puniatur.*

79 T*ranſactio in ciuili cauſa facta per contumacem bannitum, & condẽnatum, facit illum omnem pœnam euitare: ſecus in criminali.*

80 A*ccuſator non comparens, uel deſiſtens ante uel poſt litem conteſtatem, qualiter puniatur.*

81 I*udex qualiter procedere debeat, quando accuſator ſe abſentat.*

82 A*ccuſator deſiſtere poteſt antè, quàm reus compareat, ubi non uertitur intereſſe fiſci.*

83 A*bolitio criminis facit accuſatorem euitare omnem pœnam, & qualiter & quomodo concedatur, & quis ſit abolitionis effectus.*

84 L*egum correctio non præſumitur, niſi expreſſè appareat.*

85 I*nquiri uel accuſari quis poteſt de crimine, de quo per uiam exceptionis cognitum fuit.*

86 I*nquiſitio fieri poteſt de crimine, de quo primò cognitum fuit, per uiam denuntiationis euangelicæ.*

87 A*bſolutus in foro animæ, poteſt iterum accuſari in foro terreſtri.*

88 R*emittens iniuriam in foro conſciẽtiæ, poteſt agere ad emendationem damni in foro contentioſo.*

89 A*gi an poſſit criminaliter ex eodem delicto, ex quo prius fuit actum ciuiliter.*

90 A*ccuſatus de ſola iniuria pro crimine homicidij, an poſſit iterum accuſari de homicidio ad pœnam legis Corneliæ.*

91 I*niuriarum actione non poteſt quis agere contra homicidam, ſed homicidam accuſare cogitur.*

92 A*ccuſari non poteſt pluries quis de eodem crimine, ab eodem, ſed à tertio ſic, quando non fuit ſufficienter punitus, alias à tertio minimè, & nu mero 93. 94.*

94 A*ccuſatus ab uno, an & quãdo pendente accuſatione uel finita, poſſit ab alio de eodem crimine accuſari.*

95 I*niuriarum actione non poteſt agere conſanguineus offenſi, pendente accuſatione facta per ipſum offenſum.*

96 I*nquiſitio fieri poteſt de crimine, de quo alias fuit actum ciuiliter.*

97 P*œna irrogata per iudicẽ eccleſiaſticũ an poſſit irrogari à iudice ſeculari.*

98 A*ccuſatus de crimine, qui fuit cõtumax, põt iterũ de eodẽ crimine accuſari, & opponere non põt, quòd aliàs fuit de eodem crimine accuſatus.*

99 D*ebitor non ſoluens in termino inſtrum*



*ſtrumenti, cui fuit per creditorẽ prorogatus terminus poſt accuſationem, ſi minimè ſoluit in tempore prorogato, & iterum accuſatur, an teneatur bis ſoluere pœnam.*

100 P*œna reiteranda ei, qui non fuit ſufficiẽter pro crimine punitus, qualiter irrogari debeat.*

101 P*œna mortis, an & quando ex cauſa mitigari debeat: quia quis fuit aliter caſtigatus in corpus, uel diu carceratus pro eodem crimine.*

102 I*nquiſitio ab incompetenti iudice facta, non ualet.*

103 P*roceſſus factus coram incompetenti iudice, an fidem faciat coram competenti. & quid de confeſſione.*

104 C*oadiutor, qui dari ſolet inquiſitioni, an ſit de ſubſtantia. & ad quẽ effectum datur.*

105 I*nquiſitio formari debet in caſibus à iure permiſſis: ſed non prohibitis, ad hoc ut ualeat.*

106 V*ſurarius poteſt inquiri per iudicẽ etiam ad commodum priuati.*

107 V*ſurarius compelli poteſt per iudicem ad uſuras reſtituendas. & poteſt ante receptionem impediri, ne uſuras recipiat.*

108 V*ſuræ permiſſæ ſunt de iure ciuili, ideò iudex ſecularis non poteſt de illis inquirere de iure communi, ſed ſolùm iudex eccleſiaſticus.*

109 V*ſurarius punitur per epiſcopum.*

110 V*ſurarius an poſſit hodie inquiri per iudicem ſecularem ex officio, per conſtitutionem* Regni.

111 V*ſurarius de iure canonico quas pœnas patiatur.*

112 I*udex eccleſiaſticus ex iuſta cauſa ſibi uiſa poteſt adiuuare canones addendo nouam pœnam: licet nõ poſſit totaliter contra canones ſtatuere.*

113 P*œna poteſt exacerbari, ut alij accipiant exemplum.*

114 V*ſuræ hodie multum frequentantur: ideò acrius puniri debent.*

115 I*udex eccleſiaſticus debet & poteſt pœnam illam irrogare, quæ magis timetur, cuius timoris ratione cenſendum eſt delinquentem ceſſaturum à delinquendo.*

116 V*ſurarius nulla magis conuenienti pœna puniri poteſt, quàm pecuniaria: propter eius auaritiam. & ideò merito conſtitutio regni induxit pœnam publicationis bonorum.*

117 V*ſura dicitur crimen,*

118 C*rimen dicitur, omnis operatio mala, quæ poteſt in hoc ſeculo puniri.*

119 V*ſura ſpecies eſt rapinæ.*

120 M*aius malum non reperitur, quàm ſit uſura.*

121 P*œna arbitraria puniri debet, quĩ uenit contra præceptum legis.*

122 O*pinio illa in dubio eſt ſeruãda, quæ fauet publicæ utilitati.*

123 V*ſurarius peccat recipiendo uſuras, etiam à ſponte dante.*

124 S*oluens uſuras, uidetur tibi eruere oculum.*

125 I*ntellectus ad c. cùm tu. de uſuris.*

126 V*ſurarum crimen, eſt publicum. & poteſt in regno iudex ex officio inquirere contra uſurarium, & etiã quilibet de populo admittitur ad accuſandum de tali crimine.*

117 T*ortura an poſſit irrogari in crimine uſurarum.*

128 I*nquiſitio poteſt fieri ex officio iudicis de omni crimine, quod cõmittitur per conſpirationẽ ſeu conuẽticulam.*

Pœna

129 Pœna quæ ſit contra committentes conuenticulam ſeu conſpirationem.

130 Conuenticulæ licitæ & illicitæ eſſe poſſunt, & in dubio ſemper præſumuntur illicitæ.

131 Ancilla uendita ſub pacto, ne proſtituatur, aliàs ſit libera: emptore pactum non obſeruãte, poteſt iudex inquirere, & illam exhiberi facere, ut ad libertatem perueniat.

132 Iudex in cauſis miſerabilium perſonarum ex officio procedit.

133 Pupillus & uidua, pauperes, inter perſonas miſerabiles numerantur, aliàs ſecus.

134 Iudex poteſt inquirere in his, quæ notoriè ſibi liquent ex actis, etiã parte non petente.

135 Iudex tam eccleſiaſticus, quàm ſecularis poteſt inquirere ex officio, in omnibus cauſis pijs & concernentibus animam.

136 Iudex eccleſiaſticus inquirere poteſt, de quolibet matrimonij impedimẽto, ad faciendum ipſum ſeparari.

137 Iudex ex officio poteſt inquirere de iuribus principis.

138 In applicanda pecunia fiſco, iudex poteſt ex officio ſuo procedere.

139 Iudex poteſt ex officio inquirere ad magnum ſcandalum uitandum.

140 Iudex poteſt generaliter inquirere contra omnes malefactores in prouincia uel ciuitate, quam regit, ut ipſam malis purget hominibus pro publica quiete.

141 Iudex ex officio inquirit de omni crimine & iniuria cõmiſſa contra eccleſias & eccleſiaſticas perſonas: & de omni crimine in eccleſia commiſſo.

142 Iniuria illata clerico eſt crimen publicum. & quilibet poteſt accuſare. & iudex ex officio inquirit.

143 Iniuria facta clerico, dicitur facta Deo.

144 Inquiſitio fit ex officio iudicis de blaſphemia Dei. & quilibet accuſare poteſt.

145 Hæres ſi fecit inuentarium, & creditores dicũt plus eſſe in bonis, quàm ſit in eo conſcriptum: iudex inſtantibus creditoribus inquirit, & accipit probationes de domo hæredis, etiam hæredis ſeruos torquendo.

146 Iudex inquirit in cauſa naufragii, & in omnibus cauſis ab eo dependentibus. & contra ſurripientes bona naufragorum, & inquiſitio talis, fit leuato uelo.

147 Iudex inquirit in cauſa ſuſpecti tutoris: & inuentum ſuſpectum ab officio remouet.

148 Iudex inquirit cõtra producentẽ falſam ſcripturam uel ſuſpectã in iudicio. & poteſt ipſum ex ſola ſuſpicione punire: niſi probet illã eſſe ueram.

149 Suſpicio ſola contra falſam ſcripturam in iudicio productam, habetur pro plena probatione.

150 Teſtes uacillantes ſeu falſum deponentes, poſſunt inquiri ex officio: & per iudicem puniri.

151 Iudex de quolibet delicto commiſſo coram ſe incidẽter, inquirere poteſt.

152 Iudex poteſt inquirere de iuribus eccleſiæ, & eccleſiaſtico beneficio.

153 Iudex per inquiſitionem procedere poteſt in caſibus, in quibus accuſator excuſatur à præſumpta calumnia.

154 Iudex eccleſiaſticus inquirit contra tenentes bona quæ debent diſtribui pauperibus, uel ad pias cauſas.

Iudex



155 Iudex ex officio inquirit de probitate uitæ, de idoneitate, & moribus alicuius eligendi, promouendi, uel ordinandi.

156 Iudex inquirit de omni crimine, ubi interuenit accuſator, qui colludit ſeu præuaricatur.

157 Iudex inquirit contra calumniatorem, etiam nemine accuſante.

158 Iudex inquirit, quando incidenter de crimine cognouit.

159 Iudex ex officio inquirit de iniuria facta ſcholari.

160 Iudex quando inquirat de delicto cõmiſſo in officio per ſuũ officialem.

161 Iudex inquirit contra facientẽ iniuriam ſuis officialibus uel famulis, ſi crimen eſt notorium.

162 Iudex inquirit de omni notorio crimine.

163 Iudex ſpecialiter inquirit de omni crimine, ſuper quo primò generalis inquiſitio præceſſit.

164 Iudex poteſt cogere ſubditos ad faciendam pacem.

165 Filius iniurians patri uel matri poteſt ex iudicis officio inquiri, & puniri.

166 Iudex inquirit contra carceris cuſtodem pretio corruptum.

167 Lenones, ciuitatum deuaſtatores dicũtur, & poſſunt per iudicẽ inquiri.

168 Inquirit iudex de crimine lenocinij ſine accuſatore.

169 Lenocinij crimen, eſt maius adulterio.

170 Iudex an poſſit ex officio procedere in crimine adulterij ſine accuſatore.

171 Iudex inquirit cõtra quencũque qui fuerit inuentus in flagranti crimine.

172 Iudex in Regno, inquirit contra omnes homines malæ uitæ.

173 Iudex ueniẽs in ciuitate uel prouincia, edictũ facere poteſt, quòd omnes ſentiẽtes ſe offenſos, cõpareãt ad querelandum, & teſtes deponendum.

174 Inquiſitio generalis non eſt ſufficiẽs deueniendi ad ſpecialem, niſi in caſibus, in quibus ſpecialiter inquiri poteſt, & non fit niſi ſemel in anno.

175 Inquiſitio procedit ex officio iudicis de crimine læſæ maieſtatis perpetrato contra perſonam principis, uel ſuorum collateralium.

176 Iudex ex officio inquirit contra famoſos latrones.

177 Iudex inquirit contra inobedientes & turbantes ſuam iuriſdictionem: & contra rebelles, & contumaces, ad pœnas legitimas & mulctas imponendas.

178 Inquiſitio permittitur contra ſocios criminis, in caſibus, in quibus permiſſa eſt de ſocijs interrogatio.

179 Iudex ex forma conſtitutionum Regni, inquirit de homicidijs & damnis clandeſtinis, ubi nullus accuſator apparet.

180 Accuſatore mortuo, iudex proſequitur ex officio contra accuſatum.

181 Iudex inquirit ſuper neceſſitate ciuitatis, & ciuium ſubditorum.

182 Aduocati & procuratores calumnioſi poſſunt per iudicem inquiri, & interdici, ne poſtulent.

183 Iudex inquirit de defenſionibus rei in criminalibus ex ſuo officio, etiam ſi reus ſe non defendat. Et ad hoc tenetur ipſe iudex.

184 Iudex inquirit de facto, etiam teſtes producendo, in omnibus caſibus, in quibus procedere poteſt ad diffinitiuam

*tiuam ſentẽtiã, contra abſentem, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus.*

185 *Iudex inquirit de crimine falſæ monetæ etiam nemine accuſante.*

186 *Pœna falſæ monetæ, eſt ultimũ ſupplicium, cum publicatione bonorum.*

187 *Hæreticus inquiritur per iudicem, & punitur ad combuſtionem, & bonorum publicationem.*

188 *Iudex inquirit in cauſis ciuilibus, partes interrogando, quando ſibi æquum uidetur.*

189 *Inſtrumenti producti in iudicio ueritas inquiritur per iudicem.*

190 *Iudex inquirit de conditione teſtis coram ſe producti.*

191 *Iudex inquirit ad denuntiantem officialis ad hoc deputati.*

192 *Aduocatus dari poteſt pupillis, & miſerabilibus perſonis, ex officio iudicis, & ſimiliter furioſis.*

193 *Procurator adminiſtrans negotia abſentis, poteſt per iudicem remoueri ob ſuũ contemptum, & contumaciã.*

194 *Procurator cõpelli poteſt per iudicẽ ex officio, ut de mandato doceat.*

195 *Crimen ſacrilegij & plagij, poteſt per iudicem inquiri ex officio.*

196 *Decimas non ſoluentes, compellũtur officio iudicis ad ſoluendum, etiam nemine petente.*

197 *Tutor petitus dari, poteſt inquiri per iudicem, an ſit idoneus: & an reperiantur alij magis idonei.*

198 *Hæres compellitur ex iudicis officio ad ſepeliendum defunctum, quo negligente poteſt iudex uẽdere res hæreditarias pro ſepultura.*

199 *Agens ſine actione, poteſt ex officio iudicis repelli.*

200 *Iudex habẽs arbitrales literas, inquirit de omnibꝰ caſibꝰ, de ꝗbus hîc.*

201 *Syndicatores inquirunt contra officiales ſtantes ad ſyndicatum de commiſsis & omiſsis in officio.*

202 *Iudex inquirit cõtra frequẽtatores tabernarum, & alios, de quibus hîc.*

203 *Notorium dicitur, quod per x. teſtes probatur.*

204 *Inquiſitio an fieri poſsit ex officio iudicis in crimine priuato, puta furto, uel iniuria.*

205 *Furtum, an dicatur hodie crimen priuatum, ex quo eſt alterata pœna per capitula Regni.*

206 *Inquiſitio poteſt fieri de omni crimine de iure canonico.*

207 *Inquiſitio criminoſorum, expenſis fiſci fieri debet.*

208 *Inquiſitio inepta, an ualidetur per confeſsionem.*

SEXTA & ultima
pars principalis hu
ius tractatus eſt: in
quot partes diuidi
tur iudiciũ, & quæ
ſint eius mẽbra. Et
ſuper iſta ſexta parte declarabit
tota tela iudicij exordita ꝑ ordi
1 nẽ à prĩcipio uſq; ad finẽ. ¶ *Sci-
endum eſt igitur, quòd totũ iudi
cium quo ad ſui ordinationẽ, ha
bet tres partes. Prima pars, du-
rat à citatione, uſq; ad litis cõte
ſtationẽ incluſiuè. Secũda pars,
durat à litis conteſtatione exclu
ſiuè, uſque ad concluſionem in
cauſa incluſiuè. Tertia pars, du-
rat à concluſione uſque ad ſen-
tentiam diffinitiuã incluſiuè. ita
declarat Bartol. in l. ij. colum. ij.
ff. de furt. & quælibet iſtarũ par
tium



tium habet ſua membra diſtin-
cta, quorum vnum ſequitur ſuc
2 ceſsiuè ad aliud. ¶ *Prima igitur
pars tota, appellatur principiũ
iudicij, vſque ad litis conteſta-
tionem incluſiuè. & conſequen
ter omnia membra & acta, quæ
fiũt in iſta prima parte, dicũtur
fieri in principio iudicij, ſecun
dum Barto. in d. l. ij. quod patet:
quia tunc dicitur eſſe cœptũ iu-
diciũ, quando eſt facta litis con
teſtatio, vt eſt gloſ. in verſic. in-
choatam. iuncto tex. in l. j. C. de
plus petit. & in l. j. iuncta gl. j. C.
de iud. & in l. apertiſsimi. iũcta
glo. in verſi. inchoẽtur. eod. titu.
& text. in §. ſi verò apud iudicẽ
initium. in authenti. de litigio.
facit tex. in l. ſi poſt acceptũ. ff.
de rei vend. & in l. amplius non
3 peti. ff. rem ratam hab. ¶ *Videa
mus ergo quæ membra ſeu quę
acta continentur in hac prima
parte iudicij: ſuper quo dico ꝙ
poſſunt in ea cõſiderari decem
membra, ſeu decẽ actus, qui ſo-
lent interuenire, videlicet, Cita
tio: contumacia, libelli oblatio,
recõuentio, authoris laudatio,
nominatio, interrogatio, ſatiſ-
datio, exceptio, & litis cõteſta-
tio, de quibus ſingulis diſpicia-
4 mus. ¶ *Et antequam ad declara
tionem dictorum membrorum
perueniam, eſt ſciẽdum hoc, ꝙ
ad principium iudicij peruení-
tur multis modis, Aut enim per
viam actionis, aut accuſationis,
aut inqſitionis, aut denũciatio-
nis, aut per implorationẽ officij
iudicis. Primo modo initiatur
iudiciũ per viam actionis, quã-
do ſumus in cauſa ciuili, vbi qs
proſequitur id quod ſibi debe-
tur ciuiliter agendo: quia tunc
propriè dicitur agere, vt not. gl.
j. in l. qui accuſare C. de eden. &
quãdo dicatur cauſa ciuilis ſeu
iudiciũ ciuile, plenè dixi ſuprà
in iiij. parte. in j. diſtin. princip.
Secundo modo peruenitur ad
iudiciũ per viam accuſationis,
vt quando aliquis deducit cau-
ſam criminalẽ in iudicio accu-
ſando aduerſarium per libellũ
ſeu querelam de aliquo crimi-
ne, de qua materia habetur ple-
nè in ſuis titulis. ff. & C. & extrà
de acc & dixi ſuprâ. in iiij. parte.
in j, & ij. diſt. Rob. Mar. V. I. D.

## DE INQVISITIONE.

TErtio * modo, peruenitur
ad iudiciũ per viã inquiſi
tionis, & iſte modus habet locũ
ſimiliter in cauſis criminalibus
regulariter, in quibus inquiri-
tur ad publicã vtilitatem: & pro
cedit, vbicunq; aliquis cõmiſit
aliquod crimẽ, & nullus ipſum
accuſat: nam tunc iudex ad hoc
ne delictũ illud pertranſeat im
punitũ, inquirit de illo ex me-
ro officio, & ipſum inquiſitum
repertũ culpabilem, punit pœ-
na legitima: nã de iure nõ po-
teſt aliquis damnari de aliquo
crimine, niſi pręcedat accuſatio
vel inquiſitio, ſecundũ Paul. de
Caſt. in cõſ cclxxxiiij. in ij. volu.
¶ Super hac tamẽ materia inqſi
tionis, qa eſt quotidiana, poſt-

quã hic venit opportunũ ipſam attingere. duas q. proponã examinãdas. Prima queſtio eſt, quot modis, & ad quot effectus poteſt fieri inquiſitio per iudicem. Secũda quæſtio eſt, quæ requirãtur in inquiſitione ad hoc, vt valeat & fieri poſsit. ❡ * Venio igitur ad primã quæſtionem. Et præſuppono primo, ꝙ inquiſitio eſt de generibus prohibitorum: quia regulariter eſt à iure prohibita: niſi in caſibus à iure expreſsis, ſecundum Bal. in cõſ. cxxiiij. col. ij. in v. volu. Eſt enim contra regulas iuris, quæ ſe habent, quòd nemo ſine accuſatione dãnatur. l. reſcripto. §. ſi qs. ff. de mune. & hono. & not. glo. & doct. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adul. & Bar. in l. congruit. ff. de offi. præſid. & ſimiliter eſt contra ius diuinũ, procedẽs ex ore Chriſti relati per Ioan. c. viij. dũ dixit: Mulier, vbi ſunt, qui te accuſant? & deficiente accuſatore dixit, Nec ego te condemno. Quod tamen intellige de ſpeciali inquiſitione, cõtra certam perſonã: quia illa eſt regulariter prohibita, tam de iure communi, vt ſuprà: quàm etiam per cõſtitutiones regni, vt habetur in conſti. qui. §. de ſpecialibus. & etiã per capitula regni, vt eſt capitulum, quod incipit, Generales. ſecus autem in inquiſitione generali, quæ fit ad crimina inuenienda non contra certam perſonam: quia illa eſt à iure permiſſa, ſecundum Bart. in d. l.
7 congruit. ❡ * Hoc præſuppoſito, venio ad ſolutionem primæ q. Et dico, quòd multis modis & ad varios effectus ſolet fieri inquiſitio: quos plenè examinat Bal. in l. iubemus. C. de prob. & primo modo fit inquiſitio generalis, vt quando præſes vel alius nouus officialis venit ad gubernationem alicuius prouinciæ vel ciuitatis, ſolet ac poteſt generaliter inquirere de omnibus delictis ibi patratis, ad hoc vt purget prouinciam malis hominibus. tex. eſt, & ibi Bar. in d. l. congruit. ff. de offi. præſi. & eſt cautum in regno, per d. c. generales. vbi datur ex præcepto omnibus præſidibus, vt ſaltẽ ſemel in anno dictam inquiſitionẽ faciant. Et in iſta inquiſitione nõ citatur certa perſona, nec per eam aliquis condemnatur: quia nullus fuit cõtradictor nec citatus ad faciendas defenſiones. Sed iſta generalis inquiſitio operatur, vt deueniri poſsit ad ſpecialem: & ſic eſt præparatoria: & tunc debet teſtes repeti parte citata: ex illa ſpeciali dãnatur. ita hæc omnia tenet Bal. in c. j. §. iniuria. col. v. verſ. pone quòd inuenitur &c. de pace iura. firm. & Bar. in l. fi. in fin. ff. de quæſtio. & in d. l. cõgruit. & Bar. & Alex. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adul. & idẽ Alex. in conſi. clxxxiij. col. iij. in ij. vol. & in cõſ. lxv. col. fin. in j. vo. & Pet. Phili. Cor. in conſi. lviij. in j. volu. & Fely. in c. inquiſitionis. col. iij. de accuſa.



cuſa. vbi plus dicit. quòd iſta generalis inquiſitio fit ad inueſtigandum, non ad puniendum. & iſte eſt eius effectus, ſcilicet, vt per eam poſsit deueniri ad ſpecialem: nec enim in ea dãtur capitula: quia non eſt cui dentur, ſecundum Abba. in c. qualiter & quando. el ij. in xiij. nota. extrà
8 de accuſa. ❡ * Ad vnum tamẽ eſt aduertendũ, quòd in regno habemus vnum capitulum regni, quod incipit, Subiungendo. quo cauetur, quòd ſi per quatuor teſtes receptos in inquiſitiõe generali, quos non poteſt infamatus repulſare, conſtet de crimine, de quo etiam eſſet imponenda pœna mortis naturalis vel ciuilis, vel mẽbri abſciſsio, põt infamatus condemnari perinde ac ſi ordinaria inquiſitio facta eſſet. Verùm diſponit, quòd in primo detur reo copia repertorum, ſcilicet nominum & dictorum teſtium. Et per hoc innuit, quòd debet admitti reus ad defenſiones: ſed nõ fiet proceſſus ordinarius: quia ſi reus poterit illos repulſare, non condemnabitur, ſed reſeruantur illæ depoſitiones: vt faciant indicia in alio proceſſu ordinario, vt ibi dicitur in fine illius capituli. Si verò nõ poterit illos repulſare, cõdemnabitur ſine alio proceſſu. ſed ego puto, quòd hodie ex communi obſeruantia & ſtylo curiarum huius regni, nõ ſeruatur diſpoſitio illius capituli: ex quo nõ datur hodie in regno copia repertorum: ſed primò ſit inquiſitio generalis ſeu capitur informatio de crimine, & reperto aliquo infamato & ſuſpecto, formantur cõtra eum capitula ſpecialis inquiſitionis, quæ capitula eliciuntur ab illa informatione, & datur eorũ copia inquiſito: qui ſi petit copiã repertorum poteſt iudex ſibi dicere: ego do tibi copiam capitulorum, in quibus continẽtur omnia reperta, vt poſsis ſuper illis facere tuas defenſiones. & ita communiter practicatur. ita declarat Paris in tract. ſyndi. in ver. inquiſitio. col. iij. ver. & aduerte &c. Per hoc igitur, ꝙ non datur copia repertorum cũ nominibus teſtium, dico, quòd nõ procederet diſpoſitio illius capituli, ſubiungendo. quia reus periret indefenſus, ſi ita ex tali proceſſu ordinato damnaretur. vnde datis capitulis, eſt neceſſe, quòd fabricetur proceſſus ordinarius: quia ſuper illis ſit litis cõteſtatio: & poſtea facta publicatiõe, admittatur repulſa, & diſputetur ſuper indiciis: vt habetur in d. c. qualiter & quando. el ij. de accu. & per Ange. in tract. male. in ver. fama publica. co. v. in fi. ver. itẽ aduertas &c. Et cùm iſta obſeruãtia huius regni, reperio cõformẽ deciſionẽ Ang. in l. fi. ff. de quæſti. quẽ refert & ſequitur Franc. Brun. in ſuo tra. de indiciis & tortura. col. iij. vbi dicit, ꝙ iudex nõ debet dare copiam reo de his quæ inuenit ex

proceſſu informatiuo : quia illa
nõ dicuntur iudicia, niſi demum
repetita reo citato,& tũc datur
copia. Et hoc poteſt eſſe poſt
publicationẽ,& ita practicatur.
9 ¶*Puto tamen, quòd ſi iudex,
qui ex inquiſitione generali ha-
beret quatuor teſtes cõformes,
vellet ſeruare diſpoſitionem il-
lius c.ſubiungẽdo.& dare eorũ
copiã reo,cũ omnibus aliis re-
pertis,poſſet eũ condemnare ſi-
ne alio ꝓceſſu ordinario : & ſic
totum hoc depẽdeat ex arbitrio
iudicis,an velit ſeruare dictum
capitulũ vel ſtylum curiarum:
quia illud capitulum nõ reperi-
tur expreſsè correctũ, vnde cur
ſtare prohibetur.l.ſancimus.C.
de teſt.& l.præcipimus.C.de ap
pel.nec poſſumus dicere, quòd
ſtylus cõtrarius ipſum correxit
quia ſtylus cõtrarius eſt, vt non
dentur reperta:& ſi non dantur
reperta,nõ eſſet conſeruare di-
ctum capitulũ : quia tolleretur
reo defenſio.ſed ſi iudex in ca-
ſu illo ſpeciali, quãdo haberet
quatuor teſtes, vellet dare re-
perta : nõ poſſet conqueri reus,
quòd ſit indefenſus : quia tunc
iudex non ſeruando ſtylum, fa-
cit potius præiudicium curiæ,
quàm reo : & propterea poſſet
reum cõdemnare ſine alio pro-
ceſſu : iuxta formã illiꝰ c.Et iſta
eſt noua conſideratio & bona,
pro intelligentia eorũ, quæ di-
cit Paris in d.verſic.inquiſitio.
col.iij.Et habes declaratam ma
teriã dicti capituli,ſubiungẽdo,

10 ¶*Reſtringe tamen prædictam
obſeruantiam, vt procedat ſo-
lùm in foro ſeculari, ſecus autẽ
in foro eccleſiaſtico, vel in ter-
ris ſubiectis eccleſiæ : in quibus
ſeruatur ius canonicũ:quia in il
lis debet dari omnino copia re-
pertorum,ex quo iſtud cauetur
expreſsè,per d.c.qualiter & quã
do.el ij.§.debet.vbi iubet Papa
dari inquiſito capitula,& ei pu-
blicari dicta & nomina teſtium,
vt poſsit ſe defendere:& ſic non
poſſet dicere tũc iudex eccleſia
ſticus, Volo tibi dare copiã ca-
pitulorum,ĩ quibus ſunt omnia
reperta:qa ſummus põtifex di-
cit expreſsè vtrunq; debere, ſci-
licet capitula & reperta. vnde
non ſufficit dare vnum tantùm.
11 ¶*Secundo modo fit inquiſitio
generalis,in regno, quando eſt
agendũ contra vniuerſitatẽ ali-
cuius ciuitatis, ad æſtimationẽ
vel ad pœnam dãni clandeſtini,
ſecundũ formã cõſt.regni,ſuper
inciſionibus, & conſtit.ſi dãna.
nam antè, quàm agatur contra
vniuerſitatẽ,requiritur pro for-
ma,ꝙ præcedat inquiſitio gene-
ralis cõtra authores ſceleris : &
demũ illis nõ repertis, deueni-
tur cõtra vniuerſitatem. Aliàs ſi
prius ita ex abrupto ageretur
cõtra vniuerſitatem, nõ valeret
proceſſus : nec cõdẽnari poſſet
vniuerſitas. Ita probatur in d.cõ
ſtit.ſi dãna,per totã,& maximè
circa ſi.ver.quæ poſt inquiſitio-
nis &c.& ibi per Andr.de yſer.
col.viij.& Mat.ĩ viij.no.Et no-
ta



ta iſtud:quia pluries habui in fa
cto, & feci quãplures proceſſus
annullare,& vniuerſitates abſol
ui,propter dictam inquiſitionẽ
12 nõ factã. ¶*Tertio modo fit in
quiſitio ſpecialis contra certam
perſonam ad effectũ puniendi
de crimine pro publica vtilita-
te,de qua loqtur tex.in d.c.qua-
liter & quãdo.el ij.de acc.& d.l.
ij.§.ſi publico. ff. de adult.& ibi
gloſ.& Bart.& habetur in cõſti.
hi qui. §. de ſpecialibus. & de
iſta inquiſitione, quando & in
quibus caſibus fieri poſsit,dicã
infrà in ij.q.princip.Et iſta in-
quiſitio ſpecialis fit altero de
tribus modis:videlicet, quãdo-
que fit ex mero officio,vt quan
do iudex de ſe inquirit contra
aliquẽ ſine querela & denuntia
alicuius,vt declarat Ang.in tra-
cta.male.in verſi. mero officio.
Quandoq; fit ad quærelam ali-
cuius, vt quando offenſus non
vult facere partẽ in iudicio per
viam accuſationis, ſed ſolũ ex-
ponit querelã iudici,& inſtigat
ac ſolicitat curiã ad inquiren-
dum. & de hac materia tractat
plenè Ang.in d.trac.in ver.nec-
non ad querelã. Quandoque fit
ad denuntiam alicuius officia-
lis prout ſunt iſti magiſtri car
rarij ciuitatum,& alij nuntij de
putati ad capiendum malefacto
res,& denuntiandum curiæ : nã
poteſt iudex inquirere ad de-
nuntiam talis officialis, nulla
alia fama præcedente: quia per
talem denuntiam excuſatur iu-

dex à calũnia.tex.eſt,& ibi Bal.
& Sal.in l. ea quidem. C. de ac-
cu.& no.plenè Ang.in d.trac.in
verſic.necnon ad denuntiam. &
Paris in tract.ſynd,in ver. inqui
ſitio,in prin.& Barto.in l.diuus.
13 ff.de cuſt.reo. ¶*Quarto modo
fit inquiſitio ciuiliter ad vtilita
tem eccleſiæ, vt quando iudex
eccleſiaſticus inquirit prout in-
quirere tenetur de qualitate &
idoneitate perſonæ eligendæ,
ordinandæ,vel cõfirmãdæ,iuxta
tex.in c.cum nobis.de ele.& ibi
glo.& Abb.& idem Abb.in c. j.
in gl.j.de offi.ordi. & Fran. de
Are.in c.qualiter & quãdo.el.ij.
14 col.ij.de acc. ¶*Quinto modo
fit inquiſitio per prælatũ,quan-
do viſitat eccleſiam:nam ſimili-
ter tunc inquirit ex officio de
moribus & idoneitate clerico-
rum:& iſta inquiſitio fit ſolùm
ad correctionem & pœnitentiã
imponendam,non autẽ ad effe-
ctum puniendi.tex.eſt & ibi Ge
mi.& doc.in c.j.§.ſanè.de cenſi.
lib.vj.& tenet Fran.de Are.in d.
c.qualiter & quando.in iij.co.&
Abb.in c.j.in glo.j.de offi.ordi.
15 ¶*Sexto modo fit inquiſitio de
bonis vacãtibus fiſco deuolutis.
in qua inquiſitione ſi contradi-
ctor apparet,audietur in ſuis de
fenſionibus : & datur ſibi copia
inquiſitiõis:aliàs bona fiſco ap-
plicantur:prout hæc omnia ple
nè declarantur in l.ſi vacantia.
& ibi per Luc.de Pen.C.de bon.
vacan.lib.x.& de multis formis
inquiſitionum, vide omnino

Bal.in d.l.iubemus.C.de proba.
16 SECVNDA* Principalis quæ
ſtio eſt, quot requirãtur ad vali-
ditatẽ inquiſitionis. Iſtã materiã
plenè examinat Ang.in d.l.ſi va
cãtia.& Io.de Anan.in d.c.quali-
ter & quando el ij.§.ad corrigẽ
dos.de accu.& Bal.& Sal.in l.ea
quidem.C.de accu.& Bar.in l.ij.
§.ſi publico.ff.de adul.Ange.in
tract.male.in prin.& in verſi.fa
ma publica.& Paris in tra.ſynd.
in ver.inquiſitio.& Phil.Dec.in
conſi.clxx.& conſi.clxxv.& cõſi.
clxxxix.& Luc.de Pen.in d.l.ſi
vacantia.& Matt.in cõſti.hi qui.
Egò tamen recolligam nonnul
la requiſita magis quotidiana
in practica ſuccinctè, & de reli-
quis remitto me ad doct.in lo-
cis præallegatis.vnde dico, quòd
17 plura requiruntur.¶ *Primò e-
nim ad hoc, vt poſsit ſpeciali-
ter inquiri contra aliquẽ, requi
ritur, quòd illud delictũ, de quo
inquiritur, conſtet ſaltem in ge
nere eſſe commiſſum, ſed neſci-
tur à quo: vt quia reperitur ho-
mo occiſus vel vulneratus. item
reperitur furtũ factũ, vel rapina,
vel aliud ſimile: de hoc debet
ante omnia iudex capere infor
mationem, & facere deſcribi in
actis qualitatẽ delicti: ita tenet
Bart.in l.ſi col.j.ff.de quæſtio. &
Bar.in l.j.§.item illud.ff.ad Syl
la.vbi monet iudicẽ, vt faciat vi
deri mortuũ vel vulnera, ad hoc
vt poſsit poſteà inquirere. idem
tenet Ange.in trac.male.in ver.
fama publica.col.xxj.verſi.duo-
decimo &c.& plenè per Pari.in
tracta.ſynd.in verſic.confeſsio.
18 * vbi intantũ dicit debere con-
ſtari iudici de delicto, quòd etiã
ſi quis confiteatur ſe occidiſſe
hominem in nemore, nõ debet
ſibi credere, niſi prius mittat ad
inquirendum, ſi homo fuit ibi
occiſus, & debet etiam facere ex
humari hominem ad videndũ,
ſi fuit vulneratus, ſi homicidiũ
eſt de recenti, vel ſi ſaltem repe
riuntur ibi oſſa ſepulta. facit qđ
in ſimili de hac exhumatiõe ho
minis dicit Bal.in l.ſi quis teſti-
bus.in fin.C.de teſti. vnde nun-
quã debet iudex formare inqui-
ſitionẽ ſpecialẽ niſi plenè con-
ſtet delictũ eſſe cõmiſſum. aliàs
ſi faceret inquiſitionem, & exta-
rent indicia contra aliquem, nõ
poteſt illum torquere, ſi delictũ
patratũ non conſtat. ita dicit An
19 ge.in loco præallegato.¶ * Se-
cundò principaliter requiritur,
quòd inquirẽdus ſit valde nota-
tus per publicã famã de illo cri
mine: ita quòd præcedat fama
ita vehemens contra eũ, ꝙ ge-
neret ſcandalũ, niſi fieret inqui-
ſitio. ita tenet Bar.in l.cõgruit.
ff.de offi.præſi.& Bar.in l.ſi.per
illum text.C.de offic. præſi.vr-
ba & Ang.in tracta.malefic.in
ij.charta. verſi. quartò principa
liter &c.& Gand. in tract.male
fici.in titu. quomodo de male.
cogno. per inquiſi. colum.ij. &
habetur pulchrè per Philip.De-
ci.in cõſi.clxx.colum.ij.in cõſi.
clxxv.colum.ij.verſicu.ſecundo.
pria



principaliter &c.& cõſ.clxxxix.
col.ſi.ver.non obmitto, &c. pro
hoc eſt tex.in c.qualiter & quan
do, el.ij.de accu.& ca. licet He-
ly.de ſimonia. Nã fama p̃cedẽs
ſuſtinet vicẽ accuſatoris in in-
quiſitione: aliàs iudex inquire-
re non poſſet, vt d.c. qualiter &
quando.& ibi Abb.in vj.nota.&
Franc.de Are. in vltimo notab.
& Fely.in vltimo not.& gl.in c.
20 j.in gl.j de offi.ord.¶ *Et nota,
ꝙ non ſufficit, ꝙ iudex in inqui
ſitiõe apponat illa verba cõſue-
ta, videlicet, fama publica præce
dente &c. ſed eſt neceſſe, ꝙ ex
actis & ex ipſa informatione cõ
ſtet de fama publica: aliàs inqui
ſitio poſſet impugnari, ſecũdum
Fulg.in cõſi.cxxxvj. & cõſ. cvij.
vbi expreſsè dicit, ꝙ iudici non
credit de fama, niſi ex actis ap-
pareat probata.& ipſum ſeqtur
Philip.Deci.in d.cõſ.clxx.co.ij.
21 ¶ *Tertiò requiritur, ꝙ fama
habuerit originẽ à perſonis ho-
neſtis & fide dignis: & nõ à ma-
leuolis: aliàs nihil operatur. tex.
eſt in d.c.qualiter & quando. el
ij.& ibi Abb.col.pe.& Franc.de
Are.in vj.nota.& c.cũ oporteat.
& c.cùm in iuuẽtute.de præſum.
Aliàs autem, ſi iudex ſine fama
inquireret, vltra ꝙ inquiſitio
impugnatur. tenetur ipſe iudex
inquiſito ad expenſas, & præſu
mitur contra iudicem de calum
nia, vt declarat Paris in tracta.
ſynd.in verſi.inquiſitio.colũ.ij.
Et de hoc, ꝙ debeat præcedere
fama, vide plenè Fely.in c.licet.
de accu.& Bal.in l.ſancimus.co.
22 ſi.C.de iud. ¶ * Limita iſtud pri
mò, quãdo extarent contra in-
quiſitum indicia ſufficientia: nã
licet nõ conſtet de fama: poteſt
tamen inquiri ex illis indiciis,
ſecundum Bart.in d.l.congruit.
vbi æquiparat proceſſum inqui
ſitionis cum indiciis, & cũ fama
publica.& Par.in d.verſi.inqui-
ſitio.col.ij.& Bal.in l.iubemus.
col. pe.ver.quarto &c.C. de pro
23 ba.*Et per prædicta. poteſt ſuſti-
neri illud, qđ tenet Philp. Deci.
in d.conſ.clxxxix.col.ſi.circa ſi.
vbi dicit, ꝙ dictum ſocij crimi-
nis, non eſt ſufficiens ad inqui-
rendum, fama nõ præcedente:
nã patet ratio ad ſenſum: qa
fama debet procedere à perſo-
nis fide dignis: ſed ſocij crimi-
nis, non ſunt perſonæ honeſtæ
nec fide dignæ: nec faciũt indi-
cium ſufficiens ad torturã: & in
quiſitio non fit, niſi præcedente
fama vel indicijs, vt ſuprà.& no
tat.Bal.in l.ſancimus.co.ſi.C.de
24 iud. ¶ *Limita ſecundò nõ pro
cedere, quãdo iudex inquireret
ad denuntiã officialis. quia tunc
poteſt inquirere etiam nõ præ-
cedente fama. tex. eſt in l.ea qui
dem.& ibi Bal.& Saly.C.de ac-
cu.& Bar.in l.cõgruit.ff.de offi.
præſi.& in l.diuus.ff.de cuſt.reo.
imo tenetur tunc iudex inqui-
rere: aliàs facit litem ſuam, ſecũ
dum Bal.in d.l.iubemus.col.ij.
25 verſi.ij.¶ *Limita iij.nõ proce-
dere, quãdo inquiſitio fieret de
mãdato principis: quia tũc po-

teſt fieri,etiam non præcedente fama,ſecũdum Bal. in l.nullus. C.ad le.Iul.maie. Quod tamen intellige & declara,quãdo princeps aſſertiuè dicit in ſua commiſsione,ſibi conſtare de crimine, vel ꝙ fama deuenit ad eius aures. aliàs ſi commiſsio fieret ſimpliciter, habet tacitam conditionem:ſcilicet, dũmodo infamia pręcedat:& tũc iudex debet antè omnia inquirere de fama: aliàs non poteſt procedere ad inquiſitionẽ.ita declarat Fely.in c.cùm oporteat.in iiij.no. de accu.& ibi etiam Io.de Ana. in ij.not.per gl. in c. ex tenore. de foro compet. idẽ tenet Phil. Decius in d.conſi.clxx.col.ij. & conſi.clxxxix.colũ. fi.& Alex.in conſ.clxxxiij.incip.in cauſa angelorum &c.col.fi.ver.non ob-
26 ſtat prædictis &c.in ij.no. ¶*Limita quartò nõ procedere,quãdo aliquis denuntiaretur de crimine per aliquem probũ virũ: quia tunc iſta denũtiatio eſt ſufficiens,vt inquiratur cõtra eum ſuper infamia tantùm,& nõ ſuper crimine. ſed reperta infamia, poteſt inquiri de crimine. ſecũdũ Abb.in c.licet.in vltimo no.de ac.& ibi etiã Pet. de Anc.
27 & Fely.in ij.colum. ¶* Limita quintò non procedere, quando iudex proceſsit ad inquiſitionẽ criminis,præſente inquiſito, & non contradicente , nec reclamante , quia tunc valet proceſſus,etiam ſi non probetur infamia, & non poteſt vlterius opponi contra proceſſum. text.eſt formalis in c.ij.de accu.lib.vj.& ita per illum tex.tenet Cæpol. ĩ conſi.lxvj.quod nota.& ſemper facias interponi proteſtationẽ pro reo contra inquiſitionem.
28 ¶*Limita ſextò non procedere in inquiſitione, quæ fit contra officialẽ in ſyndicatu:quia poteſt contra eum inquiri generaliter & ſpecialiter , indiſtinctè, etiam fama non præcedente, & poteſt inquiri contra ipſum & eius familiã, & officiales & miniſtros,ſecundũ Par.in trac.ſyn. in xj.charta.in fin.in c. procedi tur autẽ in ſyndicatu &c. & eſt hodie deciſum in regno per regiam prag. quæ incipit Regiæ dignitati &c. ſed cõſidera : quia in d.prag.nullum verbum fit de fama: ſed ſimpliciter cõceditur procedi ad inquiſitionem. vnde deberet intelligi, ſecundum ius commune:ſcilicet,vt procedat infamia:per ea quæ dixi ſuprà,in iij.limitatiõe. & hoc expreſsè tenet Bald.in l.iubemus. col.ij.ver.modò reſtat &c. C.de proba.vbi expreſsè dicit contra officiales fieri inquiſitionẽ demum fama pręcedente.Sed hoc non obſtante,teneo hanc limitationem,per d.prag.Et cõſidero,quòd per eã permittitur inquiri generaliter & ſpecialiter: ſed quãdo fit inquiſitio generalis, non requiritur fama præcedens,vt dicam modò in ſequenti limitatione,& præcedẽte generali,minimè requiritur infa-





mia in ſpeciali : quia habet inquiſitionem generalẽ , quæ eſt præparatoria ad ſpecialem , vt not.Bal.in l.obſeruare.§. profiſciſci.in v.& vj.q.de offi.procon. & Bal.in d.l.iubemus.col.ij.ver. & eſt ſciendũ &c. & habetur in l.cõgruit.& ibi per Bar.& Bald. ff. de offic. præſi. ſequitur ergo firma concluſio , ꝙ contra officialem poteſt inquiri,etiam fa-
29 ma non præcedente.¶*Limita ſeptimo non procedere in inquiſitione generali:quia poteſt fieri etiam ſine fama præcedente,ſecũdum Abb.in c. j col.ij.in glo.j.de offi.ord. & hoc eſt prouiſum in regno expreſsè,per cõſti.quæ incipit,Inquiſitiones.& per capitulum regni,quod incipit,Generales.per quæ iura municipalia cõceditur facultas officialibus faciẽdi inquiſitiones generales ſine alia probatione
30 famæ.¶* Limita octauò nõ procedere in caſibus,in quibus præceſsit inquiſitio generalis:quia poteſt perueniri ad ſpecialẽ ſine alia ꝓbatione famæ: ex quo inquiſitio generalis, eſt præparatoria ad ſpecialem: quia aliàs fruſtra fieret, ſi per eam nõ perueniretur ad ſpecialem , ſecundum Bal.in d.l. iubemus.col.ij. verſic.& eſt ſciendum &c. C.de probat.& probatur ex his , quæ notat Bartolus & Baldus in dicta lege,congruit.& Fely.in capit.inquiſitionis. columna tertia.de accuſa.& l.quarta.§. mandatis. & ibi Bartolus. ff. ad legem Iuliã pecul.& Bartolus, in l.ij.§.ſi publico.colum.ij.in fin. ver.tertia regula &c.ff. de adul. Et ex his datur bonus modus inquirendi de omnibus criminibus:etiã de his , de quibus aliàs de iure inquiri non poſſet: videlicet,vt primò præcedat inquiſitio generalis , & repertis per eam indiciis contra aliquẽ , poteſt contra eum deueniri ad ſpe-
31 cialem.¶* Et proptereà officiales cõmuniter in principio officij ſolent facere banna & inquiſitiones generales,cõplectendo varia & diuerſa crimina:quibus poſteà emergẽtibus faciunt inquiſitiones ſpeciales, vigore bãnorum,quod facere poſſunt.Ita in ſpecie tenet Amodeus in ſuo tract.ſynd.colũ.vj. in fin.& ſeq. verſic.inquiſitio generalis , &c. & col.vij.verſ.tertium &c.& ſic tenet,quòd vigore dictorũ bannorum poteſt iudex ſpecialiter inquirere,etiam de criminibus, de quibus aliàs de iure inquiri non poteſt.Et certè , ſi iſtud dictum eſſet verum, eſſet hæc magna ampliatio ad materiam inquiſitionis.Sed ego puto , quòd iſtud dictum nullam contineat veritatem.& ſi ita eſſet , omnia iura prohibentia inquiſitionẽ ſpecialem, ſeruirent nobis de vento:cùm communiter omnes officiales ſoleant facere huiuſmodi banna generalia:per quæ alterant legum diſpoſitiones,& earum pœnas. Et hæc poteſtas daretur officialibus, vt deſtrue-

rent multas leges,& ſic vendica
rent ſibi poteſtatem principis.
quod nõ eſt dicendum: cùm de
facili per viam obliquam fieret
fraus legibus : vnde melius in
hac materia loquutus fuit Paris
in d.trac.ſynd. in verſi.tortura.
col.j.verſi. an in cauſa pecunia-
ria,&c. circa mediũ.vbi expreſ-
sè dicit,quòd officiales per eo-
rum banna nõ poſſunt ſtatuere
contra ius : nec alterare pœnas
iuris : ex quo iurãt in principio
officij ſeruare iura & regni cõ-
ſtitutiones,& capitula.vnde in-
fert nõ valere bannum officia-
lis,quòd quicunq; iuerit de no-
ćte,vel portauerit arma, punia-
tur ad quatuor tractus cordæ:
quia nõ poteſt mutare pœnam
iuris:per prædicta. ¶ Iſtam opi.
contra Amodeum ego cõfirmo
eſſe veriſſimam in hoc regno:
per d.ca.generales. Quo caue-
tur,quòd officiales faciant inq-
ſitiones generales ſemel in an-
no,& illis factis nullo modo de
ſcendant ad ſpeciales , niſi de
mandato principis : vel niſi in
caſibus à iure permiſsis. Sequi-
tur ergo:quòd ſi banna vel ge-
nerales inquiſitiones comple-
ćtuntur aliqua crimina,de qui-
bus ſpecialiter inquiri non po-
teſt de iure,minimè poteſt de il
lis inquiri vigore generalis in-
quiſitionis præcedentis :ne fiat
fraus legi.:& ita cũ iſta declara-
tione intelligo hãc octauam li-
mitationem. ¶ Do etiã & aliam
declarationem. ſcilicet vt pro
cedat , quando per generalem
inquiſitionem inuenit iudex a-
liqua indicia vrgẽtia ſuper illo
crimine,de quo vult poſtmodũ
ſpecialiter inquirere:quia tunc
vigore illorum repertorum po
teſt deuenire ad ſpecialẽ : aliàs
ſecus. imo teneretur ad dãna &
intereſſe ipſi inquiſito,& præſu
meretur omne malum cõtra iu
dicem, quando ſine indicijs in-
quireret,vt not.Bald.in l.ſanci-
mus.col.fi.C.de iud.& in l.iube
mus.co.ij.ver.quarto. C. de pro
ba.& Paris in d.verſi.inquiſitio.
32 col.ij.& vj.in fi.¶*Limita nonò
non procedere,quãdo fit inqui-
ſitio nõ ad effectũ puniendi, ſed
ad effectum corrigẽdi pro ſalu-
te animę,vt quãdo epiſcopus vi
ſitat eccleſiã : vel quãdo vult ſe
informare de vita & moribus
eligendi vel cõſecrandi,vel ali-
cuius promouendi ad ordines,
ſi eſt idoneus:quia tunc ex offi-
cio inquirit, nulla fama præce-
dente,ſecundum. Abb.in c.j.co.
ij.in gl.j.de of.ordi.& Spe.in ti.
de inquiſi.§.quando. verſi. licet
autem.& §.viſo.colũ.fi.verſi. in
ſumma.& probatur ex his,quæ
habẽtur in ca.ad noſtram. el ij.
de iureiur.& in c.cum nobis. &
ibi glo.de elect.& in c.j.§.ſanè.
de cenſi.lib.vj.& tenet Fran.de
Aret.in c.qualiter & quando.el
ij.col.ij.& iij. de accuſ.& Bal.in
conſi.ccxx.in princip.in iij.vol.
& Abba.in capitu.poſtquam.in
iij.not.de elect.& in capitu.j.in
33 fi.de poſtula.prælat. ¶*Limita
decimò



decimò non procedere , quan-
do iudex inquireret ex neceſsi-
tate ſui officij:vt qa extaret ſta-
tutum,quòd iudex teneatur in-
quirere de tali crimine,aliàs pu
niatur:nam tunc poteſt inqui-
rere etiam ſine diffamatiõe, ita
tenet Ange.in tract.male.in iij.
charta.ver. quintò fallit &c.Sed
aduerte,quia puto hoc dictũ ita
ſimpliciter intellectum,nõ pro-
cedere:nam certè conſiderando
ſtatutum,non poteſt loqui , niſi
de inquiſitione generali reſpe-
ćtu perſonę:ſcilicet faciẽda con
tra perſonam incertam:quia de
certa perſona non poteſt ſenti-
re.quo caſu verum eſt,quòd iſta
inquiſitio generalis poteſt fieri
ſine diffamatione,vt dixi ſuprà
in vij.limitatione.& ita intelli-
gẽdo iſta nõ eſſet noua fallẽtia,
ſed eadem cum ſeptima . ſed ad
hoc,vt fallẽtia ſit bona & noua,
deberet intelligi de ſpeciali : &
tunc dico , quod non procedit:
quia tale ſtatutum debet habe-
re tantam conditionem:ſcilicet
ſi præcedit infamia : ſicut dici-
mus in commiſsione principis:
vt dixi ſuprà in tertia limitatio
ne:aliàs ſtatutũ eſſet contra ius:
& daret iudici materiam calũ-
niandi : quia emergente crimi-
ne poſſet de facto vexare ali-
quem innocentem nõ diffama-
tum:& inquirere contra ipſum,
authoritate ſtatuti.Poſſet tamẽ
ſaluari iſta limitatio,vbi præce
derẽt alia indicia contrã aliquẽ:
quia tunc vigore indiciorũ , iu-
dex poteſt inquirere:licet fama
non præcedat:vt dixi ſuprà in j.
limi.& ita debet intelligi dictũ
Ang.in d.l.ſi vacantia.quem re-
fert Ang.in tract.male.in verſi.
fama publica col.vj.vbi dicit:ꝙ
quando inquiſitio permittitur à
ſtatuto,eſt remediũ ordinariũ:
& poteſt fieri,etiã fama nõ prę-
cedente.hoc intellige,dummo-
do adſint alia indicia. ne detur
iudici materia vexandi iniuſtè:
vt ſuprà dixi. Et vide quæ dicã
infrà,in verſi.vij.requiritur &c.
34 ¶ Quartò*principaliter requi-
ritur,ad validitatem inquiſitio-
nis,quòd delictũ,de quo inqui-
ritur,ſit commiſſum per dolum
vel latam culpã:ſecus,ſi per leuẽ
vel leuiſsimam:quia tũc inquiri
non poteſt:ſecundũ Bal.in l.da-
ta opera.col.iij.C.qui accuſ. nõ
poſ.quod intellige & declara,
vt ibi per eum.Ego autem ,hoc
plenè attigi ſuprà in iiij. parte.
in prima diſt.verſi.vltimò ſuper
35 hac &c.¶ * Quintò requiritur,
quòd inquiſitio cõtineat locum
& tẽpus cõmiſsi criminis , ſecũ-
dum formam l.libellorum.ff.de
accu. aliàs redditur inepta,ſecũ
dũ Ang.in cõſi.clxxviij.& conſi.
ccxcvij.col.j.& Bar.in l.ij.§.ſi pu
blico col.ver.quæro,vtrum &c.
ff.de adul.& Ang.in tract.male.
in iij.charta.ver.v.principaliter
&c.& Bal.in cõſ.ccccxc.in iij.vo
lu.& cõſ.ccccxxviij.in prin.in v.
vol.& idẽ Bal.in conſ.ccxcvij in
fi.v.vol.& Alex.in conſ.clxxviij.
col.j.in ij.vol.& Ioan.de Ana.
in c.

in c.qualiter & quando.el ij.§.
debet.col.ij.in fi.de acc.& Abb.
in c.fi.col. pe.& fi.de pur.cano.
& Fely.in d.§.debet.col. pe.Et
hæc ſolennitas eſt cõfirmata in
regno.per conſtitu.hi, qui.§.de
ſpecialibus. verſic.in prædictis.
vbi expreſsè dicitur,ꝙ in inqui
ſitionibus debent ſeruari ſolen-
nitates inductæ per iura cõmu-
nia ſuper delationibus & dela-
toribus:& ſic innuit de ſolenni
36 tatibus accuſationum.¶*Limi-
ta hoc non procedere, quando
inquiritur de crimine cõmiſſo
contra diuinã maieſtatem,vt de
hæreſi,vel blaſphemia:quia tũc
valet inquiſitio ſine ſolẽnitati
bus. l.libellorũ. ſecũdũ Ang.in
§.fi.in auth.quo.opor.epi.Idem
in crimine leſæ maieſtatis:quia
in eo ꝓceditur ſummariè & de
plano ſine ſtrepitu & figura iu-
dicij.vnde nõ requirũtur aliquæ
ſolennitates,vt habetur in ex-
trauaganti, ad reprimendã. Et
vide de prædictis vnã addi.poſt
Ang.in tract.male.in d.verſi.v.
37 principaliter.¶*Sextò requiri
tur,ꝙ in inquiſitione ponãtur
in ſpecie omnes circũſtãtiæ de-
licti: videlicet, quo loco, quo
menſe, & cũ qua perſona com-
miſſum fuit,& cõtra quem.aliàs
inquiſitio non procederet:quia
tolleretur reo defenſio ſecundũ
Abb.in c.fi.col.pe.de purgatio.
can.vnde nõ procederet inqui-
ſitio ſpecialis,quãdo fierẽt capi-
tula generalia.ſ. qualiter talis
inquiſitus eſt ſolitus committe
re furta,homicidia,ſolitus blaſ-
phemare,vel ſimile:quia iſta nõ
diceretur inquiſitio ſpecialis:
ſed potius generalis,quo ad de-
licta,& reus nõ poſſet præpara-
re ſuas defenſiones, propter in-
certitudinem delictorũ.Debent
igitur fieri capitula in ſpecie.ſ.
ꝙ commiſit tale furtũ pecuniæ
in tanta quãtitate,cõtra talẽ: in
tali loco,tali mẽſe,tali anno, &
ſub tali regnatione.& ſimiliter
de aliis ſimilibus criminibus:a-
liàs diceretur incerta, vaga &
obſcura inqſitio, & non ꝓcede
ret parte opponẽte: per ea ma-
ximè quæ dixi ſuprà in præcedẽ
ti requiſito.Pro hoc eſt tex.in l.
prætor edixit.in prĩ. ff. de iniu.
iunctis his,quæ no.Bar.in extra
ua.ad reprimẽdã.in ver. per in-
quiſitionẽ.vbi dicit,ꝙ in inqui-
ſitione requirũtur oẽs ſolẽnita-
tes quæ reqrũtur in accuſatiõe:
& dixi in præcedenti reqſito.Et
ita ꝓpriè illũ tex extẽdit ad inq
ſitionẽ,Bal.in cõſ.cclix.co. j. ĩ.j.
vol.vbi dicit,ꝙ inqſitio incerta,
nõ ꝓcedit,ꝑ illũ tex.& colligi-
tur ex his,q̃ plenè no.Ang.ĩ l.ſi
38 vacãtia.C.de bo.va.lib.x.¶*Se-
ptimò reqritur,ꝙ antè, quã iu-
dex formet inqſitionẽ,faciat ci-
tari offenſũ ad declarãdũ,ſi vult
ꝓducere accuſationẽ.qa ſi cõpa-
ret accuſator, ceſſat inquiſitio:
quod eſt remediũ extraordina-
rium:aliàs offenſo declarãte ſe
nolle accuſare,tunc demum iu-
dex poteſt inquirere. Et ſimili-
ter debet facere citari conſan-
guineos proximiores offenſi,
quibus à iure permittitur ius
proſequendi ſuam vel ſuorũ in-
iuriam gl.eſt no.in c. presbyter
ſi à plebe.ij.q.iiij.& Bal.in l.ſe-
natus.col.j.C.qui accuſ.nõ poſſ.
& Spec.in tit.de inquiſit.§.viſo.
col.vj.verſ.porrò ſi procedetur,
&c.& Cepo. ĩ cautela xxiiij.quę
incipit,Tu ſcias, &c.vbi dicit de
bere ſtatui terminum ad delibe
randum accuſare volentibus. &
Bald.in l.quãuis adulterij. C.de
adul.& Alex.in addi.ad Bar.in l.
ij.§.ſi publico.col.j.in addi.inci.
No.materiam,&c.ff.de adul. Si
enim iſta citatio prius nõ fieret
tunc quãdocunque ſuperueniẽ-
te accuſatore ceſſaret inquiſitio:
quia remediũ ordinariũ, prout
eſt accuſatio,facit ceſſare extra-
ordinariũ, prout eſt inquiſitio:
per ea,quæ habentur in l.in pro
uinciali.ff.de ope.no.nun,ſecun
dum Car.in cle.ſæpe. §. fi.in iij.
quæſt.de verb. ſign.quod quãdo
procedat,& quid ſi ſuperueniat
accuſator poſt receptas proba-
tiones in inquiſitione,vide Bar.
in l.iij.§.fi.ff.de adulte.& Cy. &
Saly.in l.ea quidem.C. de accuſ.
& ibi etiã Bal.& Io.de Ana.in d.
c.qualiter & quãdo,el ij.§.licet.
de accuſ.& ibi etiam Fely. in fi.
qui dicit communem opin.eſſe,
quam tenet Salyc.in d. l.ea qui-
dem.& Ang.de Are.in tract. ma
le.in ver. hæc eſt quædam inqui
ſitio.col. x.verſ.quæro,an inqui
ſitus,&c.Et in tantũ eſt hoc ve-
rum,ꝙ etiam coram alio iudice
poteſt fieri accuſatio:& impedit
inquiſitionem cœptam coram
alio:ſecundũ Bal.in d.l.ea qui-
dẽ in fi.& Bar.& Alex.in d.l.iij.
39 §.fi.ff.de adult.¶* Limita tamẽ
hoc nõ procedere in caſibus, in
quibus ſpecialiter permittitur
inquiſitio de iure,vel per ſtatu-
tum:quia tunc inquiſitio eſt re-
medium æquè ordinariũ, ſicut
accuſatio: & nõ ceſſaret per ſu-
perueniẽtem accuſationem: ſe-
cundum Bar.in extrauag.ad re-
primendam.in verſ.denũtiatio-
nem.poſt prin.& per hoc infert
Ang.in.d.ver.quæro an inquiſi-
tus, &c. quod cùm hodie com-
muniter per ſtatuta ꝑmittatur
inquiri de criminibus, nõ tolli
tur inquiſitio per accuſationem
ſuperuenientem:quia vnum re-
medium ordinarium, non facit
ceſſare aliud ordinarium.idem
tenet Barto.in d.l.iij.§.fin.co.ij.
40 ff.de adul.¶*Ex hoc igitur in-
fertur,ꝙ in omnibus caſibus, in
quibus licitum eſt inquirere de
iure communi,prout eſt in cri-
mine læſæ maieſtatis,& in aliis
caſibus qui traduntur per glo.&
docto.in l.ij.§.ſi publico. ff. de
adult.accuſator ſuperueniẽs.nõ
facit ceſſare inquiſitionem. Itẽ,
quia in regno habemus literas
arbitrales impreſsas in capitu-
lis regni: quarum vna incipit,
Ne tuorum.alia incipit,Si tem-
porum.quibus cauetur,quòd in
omnibus criminibus irroganti-
bus pœnã mortis naturalis vel
ciuilis,vel membri abſciſsionẽ
poteſt

poteſt iudex procedere ex offi-
cio per inquiſitionem : & in
omnibus criminibus & iniuriis
commiſsis cõtra perſonam ec-
cleſiaſticã,pupillũ vel viduã.ſe-
quitur ꝙ ſi eſt incœpta inquiſi-
tio in caſibus prædictis per illos
officiales , quibus eſt facta con-
ceſsio literarũ arbitralium, non
tolleretur per ſuperuenientem
accuſatorem : quia tunc vigore
dicti capituli ſeu ſtatuti,inquiſi-
tio,dicitur remediũ ordinariũ:
& per ea quæ habẽtur in cõſtit.
hi,qui.licet aliàs regulariter di-
catur remediũ extraordinariũ:
vt not.Barba.in addi.ad Abb.in
c.per inquiſitionem.col.fina.de
elect.& Bald in l.j.C.de libe.&
eo.lib.& Abb.& doc.in rubr.de
iudi.& Dyn.in c.actus legitimi.
de reg.iur.lib.vj.& Cald.in cõſi.
j.in tit.de pœnis.& ideò dicitur
extraordinarium:quia eſt cõtra
iuris regulas : vt dixi ſuprà in
prin.huius ſextæ partis,in ij.co.
quod reſtringe,vt dicã infrà in
41 viij.limitatiõe.¶*Limita ſecũ-
dò non procedere , quando in-
quiſitus data opera hoc affecta-
ret & procuraret , ꝙ ab aliquo
accuſaretur corã alio iudice , ad
effectum impediẽdi inquiſitio-
nem:quia tũc talis actus affecta-
tus & procuratus ſibi non pro-
deſt:& talis accuſatio procurata
non impediret inquiſitionẽ. Ita
tenet Bald.& Angel.in l.ſi ſer-
uus plurium.§.ij.ff.de lega.j.fa-
cit tex.in l.ſpadonem.§.fina.de
excu.tuto.& inſti.eo.tit.§.item
tria onera.& quod teneat Bart.
& Alexan.& doct.in l.ſi verò. ff.
42 qui ſat.cog. ¶.* Limita tertiò
nõ ꝓcedere,quando iudex antè,
quàm inquireret , interrogaſſet
offenſum, an velit accuſare : &
ille dixiſset,quòd nõ: quia ſi iu
dex incœpit inquirere,non po-
teſt poſteà offenſus accuſare &
impedire proceſſum inquiſi-
tionis : ſecundum Bal.in l.accu
ſationem.colum. j.C.qui accuſ.
non poſſ.& Alexand.in addi. ad
Bart.in d.l.iij.§.fi.ff.de adult. in
addi.quæ incipit, Adde Innocẽ.
&c.& Ber. Landri.in addit.poſt
Ange. de male . in verſi.hæc eſt
quædam inquiſitio,&c.col.x.,in
addi.quæ incipit , Ordinarium
43 &c. ¶*Limita quartò nõ pro-
cedere , quando fuit proceſſum
ſuper inquiſitione etiam poſt ſu
peruenientem accuſationem:&
nihil fuit oppoſitũ ex parte rei:
quia tunc valet vterque proceſ-
ſus:& illud quod dicitur inqui-
ſitionẽ impediri per accuſatio-
nem,intelligitur ſi opponatur:
aliàs ſecus.ita tenet Baldus in l.
prima in finalibus verbis. C. de
44 furtis.¶*Itẽ limita quintò nõ
procedere,quando is, qui accu-
ſat,prius denuntiaſſet iudici, ꝙ
procederet ad inquirendũ con-
tra talem:quia habet ipſum ſu-
ſpectum de tali crimine : nã nõ
poteſt poſteà ipſum accuſare:ex
quo videtur elegiſſe illam viã
denuntiatiõis, vnde nõ facit ſu-
perſẽdere inquiſitionem.ita te-
net Spec.in tit.de inquiſi. §.nũc
vid



videndum.ver.vltimò queritur.
45 ¶* Limita ſextò non procede-
re,quãdo iudex videret accuſa-
tionem eſſe ſuſpectam :puta de
colluſione , quia non debet ceſ
ſare ab inquiſitione.ita colligi
tur ex not.per Io.And. in addit.
Spec.in tit.de inquiſi.§. viſo. in
v.col.in addi.incipiẽte, Termi
nũ &c.poſt mediũ.& Ber. Lãdr.
in loco ſuprà allegato. in iij.li
mitatione.Et poteſt colligi col
luſio in caſu iſto , ex cauſis &
perſonis:ſecundum Bal. in l.ea
quidẽ.col.fi.C.de accuſ.vbi plus
dicit, ꝙ iudex debet ſuper hoc
interloqui , ſi ſibi videbitur.
Quomodo autẽ probatur col-
luſio : vide Abb.in c.de his.col.
46 fin.de accuſat.¶*Limita ſepti-
mò non procedere, quando ac-
cuſator fuit cauſa promouendi
inquiſitionẽ:vt quia ad eius in-
ſtigationẽ fuit formata inquiſi-
tio:nam tunc non admittitur,ſi
vult accuſare:ex quo promouẽ-
do inquiſitionem videtur illam
viam elegiſſe.ita tenet Bald. in
d.l.ea quidem.colum.fi.verſi.tu
dic &c.C.de accu.& Bar.in l.iij.
47 §.fi col.ij.ff.de adult.¶*Limita
octauò non procedere , quo ad
probationes receptas ſuper in
quiſitione: quia ſi accuſatio ſu-
peruenit poſt receptas proba-
tiones,non tollit effectum illa-
rum probationũ: ſed remanent
in robore ſuo ad delictum pu-
niendũ. Ita tenet Io. An.ĩ addi.
Spec.in tit.de inquiſitio.§. viſo,
in d.addi.quæ incipit, terminũ,
&c.& Gãdi.in tra.male.ſub tit.
quomodo de male. cogno. per
inquiſ.col.pen.in fin.& col. fin.
48 ¶* Limita nonò non procede-
re de iure canonico:quia ſecun-
dum canones,inquiſitio,eſt re-
medium ordinarium.vnde non
tollitur per ſuperuenientem ac
cuſatorẽ. quia iudex poteſt in-
quirere etiã nõ monito offenſo
ad accuſandum. Ita tenet Card.
in cle.ſæpe.§.fi.in iij.q.de verb.
ſign.& idem Card.in c.qualiter
& quãdo el ij.de accuſ.de cuius
dicti veritate,vide ibi per Ioan.
49 de Ana.¶* Octauò principali-
ter requiritur , vt procedat in-
quiſitio:ꝙ inquiſitus nõ fuerit
aliàs de illo crimine accuſatus:
vel inquiſitus,& abſolutus:quia
ſi aliàs fuiſſet legitimè abſolu-
tus, nõ poteſt iterum de eodem
crimine inquiri. text. eſt & ibi
Abb.& doc.in c.de his.de accuſ.
& idem Abb.& Io.de Ana.in c.
fi.de collu.deteg.& tex. in l.pe.
§.fi.ff.nau.cau.ſtab.& l.ſi cui. §.
iidem.& ibi Bart.ff.de accuſ. &
Alex.in conſi.xj.col.pe.in j.vol.
& vide Cæpol.in conſil.lxvij.&
Lud.Rom.in conſi.ccxiij.& l.ſe
natus.& ibi Bar.ff.de accu.idem
ſi fuiſſet ſemel condemnatus &
punitus:quia nõ poteſt vlterius
accuſari , neq; inquiri: ſecundũ
Alex.in d.cõſ.xj.col.pe.per l.ſe-
50 pulchri.la j.ff.de ſep.vio.¶*Li-
mita primò hanc regulam non
procedere, quãdo ſententia ab-
ſolutoria eſſet lata per colluſio
nem & præuaricationem : quia
tunc

tunc poteſt iterum inquiri:tex.
eſt & ibi Abb. & Io. de Ana. in
d.c.fin.de colu.deteg. & l.iij.ff.
de præuarica. & l. ſi quis homi-
cidij.C.de accuſa.& Ioã.And.in
addi.Spec.in ti.de inqui.§. viſo
col.v.in d.addi.quæ incipit,ter-
51 minũ &c.circa mediũ.*& Abb.
in d c. de his.col.fi.de accuſ.vbi
pulchre declarat , quomodo
probari poſsit colluſio:& dicit,
quòd inter alios modos probã-
di colluſionem , eſt ſi accuſator
cõuerſatur cum accuſato præ-
ſumitur colluſio inter eos. idẽ
tenet Bar.in l.j.§. præuaricato-
rem.ff.ad Turpil.Itẽ ,præſumi-
tur colluſio, ſi poſt litẽ conteſt.
non cõparẽt nec accuſatus nec
accuſator in termino ſtatuto ꝑ
iudicem:vt no.Matth.in conſti.
ſæpe cõtingit.col.j.& per illam
cõſtit.eſt ſtatuta pœna in regno
contra colludentes in cauſa cri
minali,poſt litem conteſtatam:
& eſt pœna centum auguſtaliũ.
52 ¶ * Limita ſecundò procedere,
quando lata eſſet ſententia ab-
ſolutoria diffinitiua. ſecus,ſi eſ
ſet ab obſeruatiõe iudicij : quia
poteſt tunc iterũ inquiri & ite-
rum accuſari:quia talis ſentẽtia
non parit exceptionẽ rei iudi-
catæ.ita declarat Abb.in d c.de
his.col.j. de accu.ꝑ l. libellorũ.
ff.de accu.& Fely. in d.c. de his.
col.j.contrarium videtur tene-
re Spec.in tit.de aboli.§.j.verſi.
porrò. vbi nõ facit differentiã,
an quis ſit abſolutus diffinitiuè,
vel ab obſeruatione iudicij : nã
vtroque caſu dicit nõ poſſe ite-
rum accuſari. ſed dic quòd pri-
ma opi.eſt verior,& dictũ Spec.
oportet ſaluari & intelligi ſecũ
dum limitationem Fely.in d.c.
de his.col. j.vbi dicit,ꝙ de iure
canonico abſolutus ab obſerua
tione iudicii , non poteſt iterũ
accuſari ab eodẽ, qui primò ac-
cuſauerat:ex quo per primã ac-
cuſationem fuit effectus inimi-
53 cus. * Et de iure canonico ini-
mici repellũtur ab accuſando:
vt habetur in c.repellãtur & in
c.cũ P.maconella. & in c. opor-
teat.de accuſ.Poteſt tamẽ accu-
ſari ab alio tertio : ſed de iure
ciuili poteſt indiſtinctè iterum
accuſari tam à primo,quàm ab
alio:quia inimici de iure ciuili
non repelluntur:ſecundũ Fely.
in d c.de his.vnde pro ſaluanda
opi.Spec.oportet ipſum intelli-
gere de iure canonico.& vt non
poſsit accuſari ab eodẽ.aliàs ita
ſimpliciter malè loqueretur.ꝑ
d.l.libellorũ. §. quòd ſi libelli.
54 ¶ *Limita tertiò prædictam re-
gulam procedere, quando quis
accuſaretur ab eodem , qui pri-
mò accuſauit vel inquiri fecit:
quia obſtat illi exceptio rei iu-
dicatæ. Secus, ſi accuſaretur ab
alio tertio,qui ſuã vel ſuorũ in-
iuriam proſequeretur : & igno-
raret accuſationẽ fuiſſe ab alio
inſtitutam:quia poteſt accuſare
propter eius ignorantiam, non
obſtãte abſolutiõe. Secus,ſi ſci-
uiſſet accuſationẽ : quia etiam
tertiò obſtat exceptio rei iudi-
catæ.



catę.ita tenet Bar.per illũ tex.in
d.l.ſi cui.§.eiſdem.ff.de accuſ.&
Ab.in d.c.de his.col.fi.de accuſ.
& Lu .Ro.in conſ.ccxiij.& Alex.
in conſi.xj.col.pe.in j.vol. & ibi
declarãt quomodo probabitur
55 iſta ignorãtia vel ſciẽtia. ¶ *Li-
mita quartò nõ procedere, quã-
do quis eſſet abſolutus per trãſ-
actionem factam cum parte , &
nõ per ſentẽtiã: quia ſi trãſactio
valuit,licet ipſe tranſigẽs accu-
ſare non poſsit:tamen alius ter
tius poterit de nouo accuſare,
vel inquiri facere: & ſi trãſactio
nõ valuit : poteſt etiam ipſe idẽ
primus accuſator iterum accu-
ſare.ita tenet Fely.in d.capi. de
his.colũna prima.verſ.ij.limita
&c.de accuſ.& ibi etiam Ab. &
alij doct. Multò fortius põt iu-
dex inquirere,non obſtãte trãſ-
actione in caſibus, in qbus trãſ-
actio fieri non potuit in præiu-
diciũ fiſci : vt modo dicã. Et in
hoc differt ſentẽtia à trãſactiõe:
quia ſententia facit ius, quo ad
omnes : vt dixi in præcedẽti li-
mitatione:ſed tranſactio nõ fa-
cit ius, niſi quo ad tranſigẽtem
tantùm.ita tenet Bal.in l.tranſi
ge.in iiij.& v.oppo. C.de tranſ-
act.vnde poteſt alius accuſare.l.
qui cœtu.§.qui vacantem. ff. ad
legẽ Iul.de vi publ.& poteſt iu-
dex inquirere:vt habetur in c.j.
de collu. deteg. & ibi Abba.in
fin.colum. ita declarat Alexan.
in d.l.tranſigere.colum.j.& ibi
etiam Iaſ.in ij.col.in princi.Ve
rum in hoc ſtat differẽtia: quia
quo ad illum proceſſum, & illã
inſtantiam cœptã, tranſactio fa
cit iusquo ad omnes,etiam quo
ad iudicem : adeò quòd tertius
accuſator nõ poteſt eundẽ pro-
ceſſum proſequi: nec iudex in-
quirens poteſt ex eodem pro-
ceſſu condemnare: ſed ille pro-
ceſſus remanet penitus extinctꝰ
per tranſactionẽ: vnde opus eſt
incipere proceſſum de nouo, &
hoc in caſibus, in quibus tranſ-
actio eſt permiſſa:ſed in caſibus
nõ permiſsis à iure poteſt accu-
ſator, & iudex proſequi eũdem
proceſſum. & iſte eſt effectus
trãſactionis in criminalibus.ita
declarat Bartol.in dicta l. trãſi-
gere.columna prima.in fi.& co
lumna ij.in iiij. oppo.& ſequẽ.
& ibi ipſum ſequitur Alexã. in
iiij.colum. & magis cõmuniter
doct.& Abb. in d. cap.j. colũ.fi.
Sed quando ſit in caſibus non
permiſsis, quòd iudex poſsit in
quirere ex eodem proceſſu : eſt
tex.in l.ij.C. de abol. Qui autẽ
ſint caſus permiſsi,& qui prohi
biti,traduntur in d.l. trãſigere.
56 ¶ *Quid autem,ſi princeps ge-
neraliter facit indultũ de omni
bus delictis præteritis: quod in
telligitur ſcilicet parte offenſa
concordata . pone modò, quòd
offenſus accuſat: & pẽdente ac-
cuſatiõe remittit,an iudex poſ-
ſit proſequi ex officio, non ob-
ſtante indultu:vide Luc.de pen.
tenentẽ quòd ſic.in l.ſi quis.col.
xxv.in v.q.C.de deſertoribus li.
57 xij. ¶ * Remanet ergo cõcluſio

ꝙ trãſactio in caſibus permiſsis
habet hũc effectum: quia impe-
dit proſequi eũdem proceſſum,
non aliũ initiari ad inquiſitio-
nem iudicis, vel ad inſtantiã ter
tij accuſatoris, ſed ipſe trãſigẽs
penitus excluditur: vt ſuprà di-
ctum eſt. & hoc eſt, quod ſuprà
dixi. quòd trãſactio ita non po-
teſt fieri in præiudicium fiſci &
reipublicæ, cuius intereſt quòd
delicta puniantur. l. ita vulnera
tus. ff. ad legẽ aquili. & ideò iu-
dex pro cõmodò fiſci poteſt ite
rum inquirere ex nouo proceſ-
ſu. Et prædicta procedũt tam in
delictis publicis, quàm priuatis:
nã licet in criminibus priuatis
principaliter videatur priuatus
offenſus, & nõ reſpublica: tamẽ
exitus & cõmodum poteſt ſpe-
ctare ad fiſcum propter pœnam
criminalem: vnde trãſactio, quę
fit in crimine priuato, præiudi-
cat tantùm ipſo offenſo tranſi-
genti: non tamen præiudicat
fiſco: & propterea iudex poteſt
inquirere poſt tranſactionẽ: ſe-
cundum Bart. in l. j. §. vſq; adeò
ff. de iniur. & Bald. in l. falaciter.
C. de aboli. Et ſimiliter aliuster
tius puta cõſanguineus, qui paſ
ſus fuit iniuriã per offenſionem
conſanguinei, poteſt accuſare:
ita hęc omnia declarat Bar. in d.
l. trãſigere. col. pe. in fi. & col. fi.
& ibi etiã Bal. q magis clarè lo-
58 quitur in pe. col. ¶ *Et ex prędi
ctis infero ad vnã pulchram &
quotidianam concluſionem, ꝙ
ſi aliquis paſſus fuit iniuriã in
ſuam perſonam: & ante accuſa-
tionem vel poſt, tranſegit cum
offendente, & remiſit ſibi omnẽ
iniuriam, poteſt alius cõſangui
neus offenſi, accuſare crimina-
liter illum offendentem, nõ ob
ſtante remiſsione offenſi: illa
ratione attenta, quia iniuria fa-
cta vni, cenſetur facta omnibus
de ſua cognatione. l. lex Cor. &
ibi Bart. ff. de iniur. & Bal. in l. j.
colum. ij. in prin. C. de rap. virg.
& Bal. in l. j. C. ſi quacunq; pręd.
pote. & Bar. in l. cùm ſcimus. C.
de agric. & cẽſi. lib. xj. & Abba.
in ca. cùm oporteat. colũ. ij. de
accuſ. vnde tranſactio, & remiſ-
ſio vnius, non præiudicat alteri
accuſare volẽti per prædicta. ita
in terminis tenet Bar. in dicta l.
trãſigere. colum. fi. & ibi etiam
Bal. colum. penul. circa fin. Nec
prodeſt accuſato dicere, ꝙ ego
habui remiſsionẽ ab eo, qui fuit
principaliter offenſus: quia iſte
agnatus venit pro iniuria pro-
pria. item, non poteſt prodeſſe
dicere, quòd tu fuiſti præuentus
ab offenſo, qui prius accuſauit:
quia nõ dicitur præueniſſe, qui
deſtitit per tranſactionẽ: ſecun-
dum Bal. in d. l. tranſigere. col.
fi. & hoc etiam tenet ibi Franc.
de Are. col. pen. in fi. & ſequen.
dum reprobat opi. Saly. ibi per
tex. in d. l. j. §. vſq; adeò. ff. de in-
iur. & prædictis adde Bar. in l. fi.
59 ff. de priu. delic. ¶ *Item ex præ
dictis infero, quòd hodie in re-
gno habemus ritum magnæ cu
riæ, numero 14. qui incipit, Itẽ
quòd



quòd nullus laicus, &c. quo ca-
uetur, ꝙ nullus admittitur ad
accuſandum, ſiue ad denuntian-
dum, tanquam vnus de populo,
niſi ſuam vel ſuorum iniuriam
proſequatur. per quem ritum di
co, quòd hodie in regno quo ad
accuſationem non fit differẽtia
inter crimina publica & priua-
ta: quia ſolũ proſequẽs propriã
vel ſuorum iniuriam, admitti-
tur. vnde omnia crimina publi-
ca, cẽſentur redacta ad inſtar pri
uatorum, quo ad accuſationem.
per hoc dico, ꝙ etiam in crimi-
ne publico, ſi is, qui eſt principa
liter offenſus, trãſigit vel remit
tit, admittitur ſuus conſangui-
neus tantùm ad accuſandũ, qui
ſuam vel ſuorum iniuriam pro-
ſequitur: ſicut in crimine priua-
to, & non admitteretur quilibet
extraneus: & ita debet hodie re-
ſtringi & intelligi diſpoſitio di
ctæ l. qui cœtu. §. qui vacantem.
60 ff. ad l. Iuli. de vi pub. ¶ *Limita
tamẽ prædicta, quòd conſangui
neus poteſt accuſare pro iniuria
conſanguinei, ſcilicet criminali
ter tantùm, nõ autem ciuiliter:
nam ciuiliter poteſt ſolùm accu
ſare is, qui fuit principaliter of-
fenſus: vel is, q habet offenſum
in ſua poteſtate: vt pater pro of-
fenſione filij. Idẽ in marito, pro
offenſione vxoris: quia pater &
maritus cenſentur offendi per
offenſionem filij & vxoris: vnde
accuſando, vindicant propriam
iniuriã, & ꝓprio nomine agũt:
Tex. eſt in l. j. §. fi. cũ l. ſeq. & ibi
Bar. & doct. ff. de iniu. & proba-
tur in d. l. j. §. vſq; adeò & tenet
Bart. in l. ambitioſa. col iij. ff. de
decr. ab ordi. faci. iſtæ ergo per
ſonæ poſſunt agere ciuiliter &
criminaliter ad earum libitum
prout plenè tetigi s. ĩ iiij. parte.
in j. diſt. col. ij. & iij. Secus eſt in
aliis conſanguineis collaterali-
61 bus, puta in fratre *quia pro in-
iuria fratris non poteſt frater a-
gere proprio nomine: quia fra-
ter nõ dicitur propriè offenſus
ſed dolet tantùm de iniuria fra
tris, & prætendit aliquod inter-
eſſe, ſaltem affectionis. vt ſentit
Alex. in l. ſi finita. §. ſi de vectiga
libus. col. x. ff. de dam. inf. & ĩ l. ſi
ita ſtipulat. §. Chryſogonus. col.
pen. ff. de verb. oblig. vnde quia
frater & alij collaterales non a-
gunt proprio nomine, vt dicit
Bar. in d. §. Chryſogonus. in fi. &
Bald. in c. j. §. ſimiliter. co. j. in fi.
qb. mod. feu. amitt. ſequitur, ꝙ
non poſſunt agere ciuiliter ad
æſtimationẽ iniuriæ. ita ſingula
riter tenet Bar. ĩ d. l. lex Cor. ff.
de iniu. vbi ita ĩtelligitur, quòd
ipſemet Bart. dixit in l. fin. ff. de
priua. delic. & ſentit idem Bart.
in d. l. j. §. fi. ff. de iniuri. in qbus
locis dicit, quod tantùm crimi-
naliter agere poſſunt cõſangui-
nei, non autem ciuiliter. & iſtud
ſequendo Bar. tenet etiam Fely.
in c. literas. col ij in fi. ver. iiij. li
mita, &c. de præſumpt. ¶ Et per
iſtam diſtinctionẽ puto poſſe re
duci ad cõcordiã multas doctri-
nas, quæ videntur adinuicẽ con

trariari.Nam Bar.Bal.Alexã.&
Fran.de Are.& omnes commu-
niter Doct.in d.l.tranſigere.co.
pe.& fi.tenent,quòd ſi offenſus
remittat iniuriã,poſſunt alij cõ
ſanguinei accuſare.Idem tenet
Bar.in l.fi.ff.de priua. delict.ſed
Bar.Alex.& Fran.de Are.& doc.
in d.§.Chryſogonus.& Alex.in
d.§.ſi de vectigalibus.tenent ꝙ
licet frater doleat de iniuria fra
tris:non tamen agit actione in-
iuriarum,quia non eſt de perſo-
nis numeratis.in l.j.§.fi.ff.de in
iur.nam per illas tantùm perſo
nas iniuriam patimur,& nõ per
alias.Idem tenet Socin.in conſi.
ccxxviij.in iij.col.in fin.in ij vo.
Et ſi iſta opin.vltima eſſet vera,
ſequeretur,ꝙ facta tranſactione
per offenſum,nullus alius con-
ſanguineus admitteretur ad ac-
cuſandũ:niſi eſſet pater vel ma-
ritus,& ſic penitus deſtrueretur
id,quod dicũt doctor.in d.l.trãſi
gere.vnde ego puto poſſe iſtas
doctrinas concordari, ſecũdum
diſtinctionem Bart.in dict.l.lex
Cornelia.ſcilicet aut frater vult
agere ciuiliter ex delicto, & nõ
poteſt:quia offenſio non eſt ſua
propria,vt dicit Bal.in d.ca.j.§.
ſimiliter.quibus mod.feu.amit.
vnde illam æſtimare nõ poteſt.
aut vult agere criminaliter ad
vindictam publicam,& tunc po
teſt accuſare: quia ſua intereſt
fratrem nõ offendi,& tanquam
proſequẽs ĩiuriã ſuorũ,admitti
debet:& quòd iſta fuerit intẽtio
Ale.& doc.in d.§ Chryſogonus.
patet,quia loquũtur per verbũ,
agere,& nõ per verbũ,accuſare.
Dicũt enim quòd frater nõ agit
ex iniuria fratris.vnde debet in
telligi ciuiliter:quia hoc impor
tat verbum,agere.vt no.in l.qui
accuſare.C.de eden.aliàs autem
fruſtra loquerentur leges dicen
tes licitũ eſſe proſequi ſuam vel
ſuorũ iniuriam.l.negãda.C.qui
accuſ.non poſ.& quod diſponit
ritus magnæ curię.14.incipiens,
Itẽ,quòd nullus laicus, &c.vbi
prohibet omnes accuſationes,
quæ non fiunt per proſequẽtes
ſuam vel ſuorum iniuriã. Illud
ergo,quod diſponitur in l.j.§.fi.
ff.de iniuri.loquitur de iniuria
propria,quæ poteſt in iudicium
deduci ciuiliter & criminaliter.
& tũc dicitur,quis proſequi ſuã
iniuriã.Sed conſanguineus prõ-
ſequitur iniuriã ſuorum, & ra-
tione intereſſe ſanguinis, per-
mittitur accuſare criminaliter,
& petere vindictã cõtra offen-
62 ſorem fatris ſui.¶ * Sed hîc ca-
dit opportunũ dubiũ, vſque ad
quem gradũ admittãtur conſan
guinei ad accuſandum & proſe-
quẽdũ ſuorũ iniuriam.Bal.in l.
petitionẽ.C.de aduo.diuer.iud.
per illũ text.dicit,ꝙ appellatio
ne ſuorũ,veniunt cõiuncti, vſq;
ad quartũ gradum.Alij dicunt,
quòd dicũtur ſui vſque ad illum
gradũ,infra quem non cogũtur
teſtificari,qui eſt ſeptimus gra-
dus:vt l.lege Iulia.ff.de teſt.ita
tenet Spec.in tit.de accu.§ iij.in
prin.& ibi etiã Io.And in addit.
qui



qui dicit, ꝙ appellatione ſuorũ
veniũt illi,qui poſſunt agere ſi-
ne mãdatò:adeò quòd doctores
multũ variant ſuper hoc:vt ple-
nè attingit Abb.in c.de cæterò.
col.fi.& ibi etiã Fely.de teſti.&
idẽ Fely.in c.cùm dilectus.col.
fi.de acc.& Alex in l.ij.ff.de acc.
ſed Abb.in c.cùm oporteat.col.
ij.de accu.dicit attẽdendam eſſe
cõſuetudinẽ patriæ,ſcilicet vſq;
ad quẽ gradũ ſolet in illa patria
durare affectio inter cõiunctos.
ſed Fely.in d.c cùm dilectus.di-
cit cõmunẽ opi eſſe,quam tenet
Abb.in d.c.de cæterò.Ego puto
dubium hoc poſſe clarè decidi,
per tex.in d.l.lex Corn.ff.de in-
iuriis.vbi enumerãtur perſonæ
vſque ad ſobrinos. vnde dico,
ꝙ in materia accuſandi ,appel-
latione ſuorum,veniunt coniun
cti vſque ad ſextũ gradũ:quia ſo
brini ſunt ĩ ſexto gradu:vt inſt.
de gradi.§.ſexto gradu. & mi-
ror,quòd alij doct.nõ pondera-
runt ad hoc illũ tex.per quẽ in
ꝓpriis terminis deciditur iſtud
dubiũ,& non eſt opus ire per ſi-
militudines & mendicata ſuffra
63 gia.¶ *Adde tamen hîc vnũ pul
chrum dictum,pro ampliatione
prædictorum:ꝙ omnis iniuria,
quæ fit contra diuinã religionẽ,
vel cõtra patriã,poteſt appellari
iniuria propria.& quilibet po-
teſt illam proſequi,tanquã pro-
priã.ita ſingulariter tenet Ang.
in §.fi.in authen. quo.opor.opi.
64 ¶ *Item,in terminis iſtis appel-
latione ſuorum,nõ veniunt ſpu
rij:ſecundũ Alex.in conſi.lx.co.
65 iiij.in ij.volum.¶ *Ex prędictis
modò infero ad nonnullas vti-
les ac quotidianas practicas in
regno.Et primò, ſi aliquis fuit
offenſus,certum eſt,quòd poteſt
formare libellum accuſatoriũ
iniuriarum,æſtimãdo iniuriam:
ſecundum formam conſt.varie-
tates.Pone modò:quòd eius fra
ter vel alius coniunctus collate
ralis vult facere alium libellum
accuſatorium,& æſtimare illam
iniuriam pecunialiter:vtrũ poſ-
ſit.dico quòd nõ, quia non per
mittitur cõiũcto agere ciuiliter
ad æſtimationẽ:vnde talis libel
lus nõ procederet,per illam au-
ream doctrinam Bart.in d.l.lex
Cornelia.ſed debet formare li-
bellũ criminaliter,petẽdo eum
puniri pœna iuris,tradita in l.fi.
ff.de iniu.vel alia pœna , ſecun-
dum delicti qualitatẽ. Et nota
pulchrum modum reiiciendi li
bellum nouiter ponderatũ:quia
non puto,ꝙ fuerit hactenus per
66 alios doct.conſideratus.¶ * Se-
cundò infero,quòd in caſu præ-
dicto, quando coniunctus vult
agere pro iniuria coniũcti:nõ
debet mẽtionare iniuriam pro-
priam,nec propriam offenſam:
ſed debet dicere,quòd agit pro
iniuria coniuncti ratione inter-
eſſe ſanguinis,ad publicã vindi
ctam:quia aliàs libellus nõ pro
cederet:per id quod dicit Alex.
& doct.in d.§.Chriſogonus. &
Bal.in d.c.j.§.ſimiliter.qb.mo.
67 feu.amit.in vſi.feud.¶ * Tertiò

 infe

infero,& hæc eſt quædam limi-
tatio ad ea,quę ſuprà dixi de cõ-
ſanguineis,quòd licet aliàs re-
mittẽte offenſo poſsit alius con
iunctus agere criminaliter,vt ſu
prà pluries dictum eſt,tamen ſe
cus eſt in patre habente plures
filios:quorum ſi vnus eſt offen-
ſus,certum eſt,quòd actio com-
petit patri:vt d.l.j.§.vſq; adeò.
&§.fi.ff.de iniur.& l.ſed ſi vnus.
§.filio familiâs.eo.tit.Et pater
põt etiã filio inuito hãc iniuriã
remittere:vt d.§.filio familiâs.
& eſt tex.& ibi gl.& Bar.& doc.
in l.ĩ pſonã.ff.de pac.& Iaſ.in l.
cõtra iuris.§.ſi filius.col.iij.ff.de
pac.adeò,ꝙ ſi pater remittit,nõ
poteſt filius agere:vt no.gl.in c.
cùm illorũ.in ver.paſſus eſt,&c.
& ibi Abb.& doc.de ſen.excom.
vnde dico quòd in hoc caſu pa-
tre remittente non poſſunt alij
filij,qui ſunt fratres offenſi,age
re de dicta iniuria,nec accuſare
aliquo modo.Et licet hoc dictũ
non reperiam ab alio deciſum:
tamẽ ipſum firmo ratione ine-
uitabili:quia ſi patre remittẽte
iniuriã filij,nõ poteſt filius age-
re,& poteſt pater etiam inuito
filio remittere.ſecũdum Bar.in
d.§.filiofa.& in d.l.in perſonã.
& gl.in d.c.cùm illorum.Certè,
ſi non poteſt agere ille filius,q
fuit principaliter offenſus,mul-
tò minus debet poſſe agere fra-
ter illius filij,qui non fuit offen
ſus,& qui eſt ſub eiuſdem patris
poteſtate.Nã ſi patria poteſtas,
eſt ſufficiens ad repellendum fi
lium offenſum, qui ſuam pro-
priam iniuriam proſequeretur:
multò fortius debet operari ad
repellẽdum filium,qui ſuorum
iniuriam proſequitur.& poteſt
addi alia ratio:quia omnes filij
cum patre reputantur vna & ea
dem perſona.vt habetur in l.in
ſuis.ff.de libe.& poſtu.vnde ſi-
cut tranſigens nõ admittitur ad
accuſandũ,vt ſuprà dixi:ita nec
filius admitti debet facta tranſa
ctione per patrem:qui vna & ea
dẽ perſona reputatur cũ patre.
68 ¶*Limita tamen hoc non pro-
cedere,quando patèr eſſet vilis
perſona, & filius honeſta.quia
tũc pater vilis nõ poteſt remit
tere iniuriam illatam filio.text.
eſt & ibi Bart.in d.l.ſed ſi vnius.
§.filiofa.ff.de iniur.& gl.ĩ d.l.in
perſonam & Bar.in l.Lucius.ff.
ſol.ma.& gl.in d.c.cùm illorũ.
facit tex.in l.ſi cùm dotem.§.eo
69 autem tempore.ff.ſol.mat.* &
ꝑ ſe hoc infert notabiliter Bart.
in dicto §.filio famil.quòd pater
vilis non poteſt pupillariter ſub
ſtituere filio ſuo. & idem tenet
Bar.in l.ij.ff.de vulg.& pupi.qa
ſicut pater nõ habet adminiſtra
tionem in vita ſuper filio pro-
pter eius vilitatem ita minimè
habebit illã in morte,ſecundũ
70 Bar.ibi.* facit quod not.Bal.in
l.quãuis.C.de fideicom.vbi di-
cit,ꝙ ſi pater eſt dilapidator,pri
uatur adminiſtratione bonorũ
filij : & tunc filius poteſt agere
cõtra patrem.Idem tenet Soci.
in conſi.xxxiiij.col.ix.ver.tertia
conc



concluſio.in j.volu. Et nota pul
chrum modum annullãdi ſub-
ſtitutionẽ pupillarem:quia quo
71 tidie euenire poteſt. ¶ *Item li-
mita non procedere , quãdo in-
iuria eſſet illata à perſona con-
iuncta filio:quia tũc pater illam
remittere non poteſt:ita tenent
Bart.Ange.Imol.& Ludo.Ro.in
d.l.Lucius.ff.ſolu.matri.& Iaſo.
in d.l.in perſonam.ff.de pactis.
72 ¶ * Quartò infero, quòd ſi ali-
quis coniunctus vltra ſextũ gra
dum agere vellet de iniuria con
iuncti,non debet admitti : quia
nõ numeratur in numero ſuo-
rum , ſecũdum opi.quam ſuprà
tenui,per d.l.lex Cornelia.ff.de
iniu.vnde obſtaret ſibi dictus ri
tus magnæ curiæ,incip. Item,
73 quòd nullus laicus,&c.¶ *Vlti-
mò, quia ſuperius tractatũ fuit
de trãſactione in criminalibus,
quando eſt permiſſa, & quando
prohibita , ſecũdum formam l.
tranſigere. C.de tranſact. ſcias,
quòd ĩ regno ſuper huiuſmodi
tranſactionibus & cõcordiis eſt
aliquid immutatum,& nouiter
prouiſum per conſtitutiones &
capitula regni.Primò enim ſup
hoc eſt quædam conſtitutio,quę
incipit, poſt citationẽ emiſſam,
Secundo,eſt alia conſti. quæ in-
cipit, priuſquam citatæ partes.
aliâs eſt in litera, poſtquam. ſed
verior litera , priuſquã.quia ita
concordat cum alia cõſti.prędi-
cta. Et pondera bene iſtas cõſti.
quia vidẽtur in aliquibus cõtra
riæ ad inuicem,& gloſæ magis
confundũt intellectũ ipſarum.
Nam d.conſtit.poſt citationem
emiſſam. tota loquitur in crimi
nibus ingerentibus pœnam ſan
guinis:in quibꝰ de iure cõmuni
licita eſt tranſactio.vt d.l.tranſi
gere. & hoc expreſsè dicitur ibi
in fi.verſi.quę omnia,&c.Et pro
pterea duę gl.quę ſunt in d.con
ſti.vna ĩ ver.impartimur.& alia
in ver.perſoluat.faciunt variare
intellectũ dictę conſti.& puto ꝙ
malè fuerũt ibi ſituatę.nam per
exceptiones,quas faciunt dictæ
glo.& limitationes,quas ponũt
ad tex.innuũt,quòd dicta cõſtit.
in principio ſui loquatur de in-
iuriis leuibus.quod nõ eſt verũ.
& eſt cõtra illum tex.in d.verſi.
quę omnia.vbi tex.ſe ipſum de-
clarat: per illud ſignũ vniuerſa-
le,quæ omnia,&c.& dicit,quòd
omnia contenta in d.conſti.pro
cedunt in criminibus ingerenti
bus pœnam ſanguinis: ergo nõ
eſt verũ , ꝙ loquatur in delictis
leuibus. vnde pro declaratione
huius materiæ , & ad ſciẽdũ in
quibus corrigatur ius cõmune
per conſtitutiones regni : capio
ex d.conſtitu.tres concluſiones.
¶ Prima concluſio eſt , quòd in
criminibus ingerentibus pœnã
ſanguinis,eſt permiſſa concor-
dia inter partes gratis : non per
trãſactionẽ,ſcilicet , aliquo da-
to.& iſta permiſsio durat poſt ci
tationẽ accuſati,antè,quàm par
tes compareãt coram iudice, &
nõ vltra. nam poſt comparitio-
nem accuſati non permittitur

vltra talis concordia.Iſtud colli
gitur ex principio dictæ conſti.
Iſta cõcluſio eſt hodie correcta
per aliã cõſti.quę incipit, priuſ-
quã citatæ partes. qua cauetur,
quòd in enormibus & atrocib⁹
iniuriis non licet trãſigere etiã
gratis. vnde cũ dicta cõſti. poſt
citationẽ. loquatur in crimina
libus ſanguinis:& ſic in atrocio
ribus : ſeqtur quòd eſt correcta
per aliã conſtit. quæ licet videa
tur prior in ordine conſti. tamẽ
eſt poſterior,& magis noua : vt
dicit di.glo.in ver. perſoluat. &
And.de yſer.in d. conſti.poſt ci
tationẽ. in primis verbis. vnde
ex dictis duabus cõſti. ſimul iũ-
ctis cum dicta correctione, col-
ligo nunc verã concluſionem,
quæ eſt, quòd de iure conſti.re-
gni in atrocioribus iniuriis &
criminibus ingerentibus pœnã
ſanguinis,nullo modo licet trã
ſigere,neq; paciſci gratis,ĩ qua-
cunque parte litis , & trãſactio
vel pactum factum non valet,ſi
curia ipſam vel ipſum non ac-
ceptat.hoc colligitur ex tota il
la cõſti. poſt citationẽ. iũcta di-
cta cõſtit. priuſquàm citatæ par
tes. Et procedit indiſtinctè iſta
concluſio tam ante comparitio
nem partiũ,quàm poſt : tã ante
litem cõteſtatam,quàm poſt.Ex
iſta concluſione ſequitur conſe
quentia, quòd iudex nõ obſtãte
tranſactione poteſt proſequi ex
eodem proceſſu , & non eſt ne-
ceſſe incipere proceſſum de no-
uo,ex quo tranſactio nõ valuit.

vt dixi ſuprà in prĩc.huius quar
tæ limitationis principalis ad
octauum requiſitum.Et per hoc
apparet , quòd hodie in regno
eſt correcta diſpoſitio l.trãſige-
te.C.de tranſac. in eo,quòd per
miſit tranſactionẽ in pœnis ſan
guinis.¶Secũda concluſio, quæ
percipitur ex dicta conſtit. eſt,
quòd ſi fiat tranſactio in dictis
criminibus aliquo dato accuſa-
tori,vt à lite diſcedat: ſi qdẽ fiat
antè,quàm accuſatus citatus cõ
pareat,punitur accuſator ad du
plum eius, quod recepit:,quam
pœnam fiſco perſoluit. Si verò
fiat poſt comparitionem accuſa
ti,& ante litis cõteſt.punitur ac
cuſator ad decem auguſtales fi-
ſco applicãdos. Si verò fiat poſt
litis cõteſta. tũc puniuntur am-
bo, ſcilicet accuſatus & accuſa-
tòr,ad duodecim auguſtales ꝑ
quolibet.& nihilominus iudex
poteſt cauſam proſequi:vt pro-
batur in d.conſti.ibi, cauſa nihi
lominus ſuo ordine,&c. Sed ſe-
cundum formam ritus magnæ
curię,ſi partes concordãt ſine li-
centia curiæ,puniuntur ad decẽ
tarenos tantùm : vt eſt ritus in
num. 228. qui incipit,itẽ, quòd
74 ſi partes,&c. ¶*Tertia conclu-
ſio ex dicta cõſti.eſt,quòd licitũ
eſt tranſigenti in dictis crimini
bus accipere aliquid ab accuſa-
to pro expẽſis& intereſſe,& pro
æſtimatione dãnorũ: & tunc nõ
incidit in pœnas prædictas : vt
probatur in §.j.illius cõſti. non
tamen intelligas , quòd tũc va-





leat tranſactio in præiudicium
fiſci:quia nunquam valet:ſed ſo.
lùm tunc euitatur pœna. Et per
hoc ſis cautus,quando fiunt hu-
iuſmodi tranſactiones in crimi
nalibus aliquo datò:vt exprima
tur, quòd illud datur pro dãnis
& intereſſe , ad euitandam pœ-
nam.¶Quartam concluſionem
poteſt quilibet percipere ex di-
cta cõſti.in fi. videlicet quòd in
omnibus criminibus publicis
nõ ingerẽtib⁹ pœnã ſanguinis,
non eſt permiſſa tranſactio, niſi
in crimine falſi. & in hoc cõcor
dat cum iure communi, ſcilicet
cum d.l.tranſigere.in fi.¶Quin
ta concluſio percipitur ex alia
conſtit.quæ incipit, priusquàm
citatæ partes. videlicet quòd in
omnibus iniuriis leuibus ꝑmit-
titur tranſactio & pactum antè-
quàm partes compareãt coram
iudice poſt citationem.poſt ve-
rò comparitionem,non permit
titur:vt colligitur ibi à cõtrario
ſænſu:nam tunc eſſet quæſitum
ius curiæ,& iudex poſſet poſteà
procedere ex officio. & per ea,
quæ not.Bar.in l.j.§. vſq; adeò.
75 ff.de iniur.*Quæ autem dican-
tur iniurię atroces, & enormes:
traditur in §.atrox.inſtit.de in-
iur.& in l.prętor.§.fi.ff.de iniu.
& no.glo.in cap.tanta.de exceſ.
prælat.& habentur in c.cúm il-
lorũ.de ſent. excom.Et quæ di-
cantur iniuriæ leues, vide Bart.
in l.leuia.ff.de accuſ. & Matth.
in d.cõſti.priuſquàm citatæ par
tes.quę conſti.quo ad iniuriam

atrocem & leuem,remittit ſe ad
76 ius commune. ¶* Ex prędictis
ergo caſuú diuerſitatibus, pote
ris facere ſingulas cõſequẽtias:
ad ſciendum an & quãdo iudex
poſsit proſequi vel inqrere ex
officio,non obſtante tranſactio
ne partium.Et pro finali cõclu-
ſione do iſtam magiſtralem re-
gulam, quę ex pręnarratis rectè
colligi poteſt. & eſt talis, quòd
in oĩbus caſibus, in quibus pro-
hibetur tranſactio poſt citatio-
nem emiſſam, iudex poteſt pro
cedere ex eodem proceſſu.ſed ſi
fit tranſactio ante citationem,
tũc diſtingue:aut caſus eſt talis,
in quo poteſt iudex inquirere ſi
ne accuſatione ex diſpoſitione
iuris cõmunis,vel municipalis,
& poteſt inquirere non obſtan
te tranſactione. Aut non poteſt
inquirere, & tũc ceſſat inquiſi-
tio : quia non fuit quæſitum ius
curiæ:cùm cauſa nõ fuerit præ-
occupata ſaltẽ per citationem.
In caſibus verò in quibus tranſ-
actio permittitur,iudex non po
teſt procedere ex eodem proceſ
ſu : ſed debet nouum iniciare,
ſi caſus erat talis, in quo poteſt
ex officio procedi : aliâs ſecus:
quia trãſactio impedit iudicem
penitus.vnde in delictis leuib⁹,
in quibus ex officio procedi nõ
poteſt,& tranſactio permittitur
ante comparitionẽ partiũ poſt
citationem,ſi fuerit facta tranſ-
actio, iudex nullo modo poteſt
procedere : ſecus , ſi poſt com-
paritionem. & ita habes perfe-

ctè declaratam hanc materiam.
77 ¶ *Quid autem, ſi accuſator nõ
tráſigit, ſed colludit cũ accuſa-
to, prævaricãdo? Dic, ꝙ punitur
pœna cẽtũ auguſtaliũ. & p̃ſumi-
tur colluſio, quando in termino
ſtatuto per iudicẽ non cõparet,
nec accuſatus, nec accuſator: de
hoc eſt cõſtitutio, quę incipit, Sæ
pe cõtingit. & ibi p Matth. in j.
col. in fi. vt dixi ſuprà, in j. limit.
78 ¶ *Eſt etiam & alia conſti. quæ
incipit, ſponte volentibus. quæ
loquitur in cauſis ciuilibus. &
dicit, quòd ante litẽ cõteſt. licita
eſt indiſtinctè tráſactio in cauſa
ciuili, ſed poſt litem cõteſt. non
licet tranſigere ſine licentia cu-
riæ: aliâs reus tenetur fiſco ad
tertiã partẽ eius ꝙ ſoluit acto-
ri pro tráſactione, & ſi negat ſo
luiſſe, & cõuincitur de menda-
cio, punitur ad duplũ dictæ ter-
tiæ. Et per illã cõſtit. corrigitur
in aliquo lex poſtquã liti. C. de
79 pact. vt dicit gl. in d. cõſti. ¶ *Cõ
ſidera tamẽ vnum pulcherrimũ
dictum ex verbis dictæ conſtit.
ſponte volentibus. ibi, Abſque
vllius contumaciæ pœna, &c. ꝙ
ĩ cauſa ciuili ſi reus citatus, fuit
contumax, & accuſatus, & bãni-
tus, & condemnatus ad tertiam
partem mobilium, ſi poſtmodũ
ante litem cõteſt. tranſigat cum
aduerſario, eſt immunis ab om-
ni pœna cõtumacię. Et ſic in cau
ſa ciuili ante litẽ cõteſt. poteſt
fieri tranſactio in præiudicium
fiſci, cui fuerat ius quæſitum ad
pœnã cõtumaciæ. Et ſic nota ſin
gulare dictum: quia quilibet di
ceret contrarium, ſi nõ videret
tex. dictæ conſtit. & ita põderat
illa verba Matt. ibi. in ij. no. li-
cet ſecus ſit ĩ cauſa criminali: qa
ſi reus eſt cõtumax, nõ fit tráſa-
ctio in præiudiciũ fiſci: vt decla-
rat idẽ Matth. in conſtit. priuſ-
quã citatę partes. in j. not. vnde
ſis cautus, ſi vis euitare pœnam
contumaciæ in cauſa ciuili, vt
procures fieri tranſactionẽ an-
80 te litem cõteſt. ¶ *Quid autẽm,
ſi accuſator nõ colludit, ſed non
comparet in vltimo peremptо-
rio, & accuſatus cõparet, & eius
cõtumaciam accuſat. in hoc eſt
alia conſtit. quæ incipit, Accuſa
torum temeritatẽ. qua cauetur,
quòd accuſator cõdemnatur ad
ſextam partẽ mobilium, & ad
expenſas taxandas per iudicem
præcedẽte iuramento accuſati.
Si verò poſt litem conteſtatam
in termino ſibi præfixo per iu-
dicem accuſator non compa-
ruerit ad proſequendum, puni-
tur in tertia parte mobiliũ, &
ſi poſteà vltrà perſeuerauerit in
deſiſtendo, punitur ad centum
auguſtales, & eandem pœnam
patitur, ſi expreſsè poſt litẽ con
teſtatam, renuntiat accuſationi.
& de hoc eſt alia cõſtitutio, quæ
incipit, Accuſatorem. Verùm
iſta pœna eſt correcta per ri-
tum magnę curiæ: quia ſi accuſa
tor deſiſtit ante litem conteſta.
punitur ſolùm ad ſex tarenos:
ſi deſiſtit poſt litem cõteſt. puni
tur ad tarenos duodecim. Sed in
causa



cauſa ciuili ſi actor deſiſtit ante
litem cõteſ. punitur ad tarenos
tres. ſed poſt litem conteſt. ad ta
renos ſex, prout de his omnibus
eſt ritus in nume. 240. ſub rubr.
de deſiſtẽtibus. qui incipit, item
ſeruat ipſa curia, ꝙ ſi accuſator,
&c. & ad hoc ſunt reductæ pœ-
næ Turpiliani, vt dicit Andr. de
Yſer. in d. conſt. accuſatorum te-
81 meritatem. ¶ *Sed ecce. quia di-
ctum eſt de pœna accuſatorum
deſiſtentium, quid autem debet
facere iudex circa proceſſum
cauſę: ex quo non apparet tranſ
actio nec remiſsio accuſatoris:
ſed ſtat ĩ ſuſpẽſo cauſa propter
eius abſentiam? in hoc eſt prodi
ta noua prouiſio per capitulum
regni quod incipit, ad conſulta
tionem. & eſt in numero capitu
lorum 216. Quo cauetur, quòd
iudex debet ſubſtituere vnũ vi-
rum idoneum in locum accuſa-
toris abſentis: qui cauſam accu-
ſatoris ꝓſequatur in terminis,
in quibus reperitur: & ita iudex
quàm citius poteſt, procedat ad
proceſſus deciſionem, per con-
demnationem vel abſolutionẽ:
& nihilominus cõtumaciam ac
82 cuſatoris punire debet. ¶ *Ex-
tat etiã aliud capitulũ regni, qđ
incipit, ad audientiã. el ij. nume
ro capitulorũ 203. Quo cauetur
quod in caſibus in quibus non
uertitur intereſſe fiſci, licitũ eſt
impunè accuſatori deſiſtere an
tè, quàm accuſatus citatus cõpa
reat: ſicut per conſti. regni pro-
uiſum erat: & vult ſe referre ad
illã conſtitu. prius quàm citatæ
partes. Sed vbi vertitur ĩtereſſe
fiſci propter aliquam pœnã, iu-
dex non admittit accuſatorem,
niſi prius obliget ſe cum iura
mento de non deſiſtẽdo ſine li-
centia curiæ. Et ſi poſteà deſiſtit,
punitur de periurio. verùm de
iſto capitulo fit mentio in dicto
ritu magnę curię, ſub rubrica de
deſiſtentibus. vbi dicitur etiam,
quòd magna curia non ſeruat
iſtud cap. ad audientiam. & verè
83 non ſeruatur in practica. ¶ *Vt
ergo ceſſent iſtæ pœnæ impoſi-
tæ tranſigẽtibus & deſiſtẽtibus
in criminalibus, ꝓuideant accu
ſatores impetrare abolitionem
accuſationis: quæ abolitio nihil
aliud eſt, niſi accuſationis per-
emptio, conceſſa per interlocu-
toriam iudicis, vt declarat gl. in
rub. C. de abolitio. & Spe. in tit.
de abolitio. §. j. in princi. Quam
abolitionẽ iudex cõcedit cauſa
cognita, vt habetur in l. ij. & l. fi.
C. de abolitio. & dicitur in con-
ſti. Accuſatorum temeritatẽ. in
fin. vbi ſentit tex. quòd iſta abo-
litio debet peti à ſolo rege: & di
cit ibi Matth. ꝙ alius inferior
à rege, non poteſt cõcedere abo
litionem: per illam conſti. vnde
ſecundum eum eſſent correctæ
omnes leges iuris cõmunis con
cedentes iudicibus & officiali-
bus, poteſtatem cõcedendi abo-
litionem. ſed ego non puto hoc
eſſe verum, quia dicta conſtitu.
nõ dicit, quòd ab alio inferiore
concedi non poſsit abolitio, ſed
tant

tantùm dicitur,quòd ſi petiiſſet
à rege, illam cõceſsiſſet ex iuſta
cauſa.vnde potius illa fuit acci-
dentalis loquutio legis latoris
pollicẽtis ſe cõceſſurũ abolitio-
nem ex cauſa,ſi ab eo peteretur:
quàm quòd voluerit tot leges iu
ris communis corrigere,videli-
cet leges poſitas in tit.C.de abo
84 litio.*Legum enim correctio,
nunquam præſumitur, niſi ex-
preſsè appareat.l.pręcipimus.in
fin.& ibi Barto.C.de appell.& l.
85 ſancimus.C.de teſta.¶*Reuer-
tor nũc ad alias limitationes ad
illud octauum requiſitum.Vnde
quintò principaliter limita nõ
procedere, quando de crimine
eſt diſcuſſum in iudicio per viã
exceptionis incidenter : vt ſi in
quęſtione ciuili opponatur cõ-
tra teſtem exceptio falſi, & per
viã exceptionis cognoſcitur de
crimine falſi:nã tunc dato,quòd
abſoluatur,poteſt nihilominus
iterum accuſari vel inquiri ordi
nariè in caſibus,in quibus ex of
ficio inquiri poteſt.Idem,ſi fuiſ
ſet cõdemnatus de crimine per
viã exceptionis:quia poteſt ite-
rum ordinariè procedi contra
eum.& ratio eſt,quia quãdo per
viam exceptionis agitur de cri-
mine:nõ irrogat̃ pœna ordina-
ria à lege inducta,ſed pœna ex-
traordinaria mitior.vnde quia
delictum non fuit ſufficienter
punitum,propterea poteſt ite-
rum agi,vt puniatur ordinariè.
ita tenet Bald.in l.vbi falſi.C.de
falſis.& Bald.in l.nullum.C.de
teſti.& Felyn.in cap.de his.ver-
ſic.iij.limita &c.de accuſat.& in
cap.quod olim.in fin.de Iudæis.
& Ludo.Roma.in cõſi.ccclxxv.
illa enim pœna extra ordinaria
irrogatur ſolùm pro cõtemptu
iudicis,& nõ pro principali de-
licto,ſecundum Bald.vbi ſuprà.
ſed quandoq; ſolet irrogari pœ
na ordinaria,etiam per viam ex
ceptionis,& tunc nõ poſſet vlte
rius inquiri:vnde tunc ſtaremus
ſub regula.Quod quando ſit, &
quando tale delictum nullo mo
do eſt punibile, vide plenè per
Abb.in ca.cùm dilectus.colum.
xj.& xij.de ordin.cognit.& ple-
niſsimè per Fely.in cap.j.de ex-
cept.vbi per octo concluſiones
86 examinat hanc materiã.¶* Li-
mita ſextò non procedere,quan
do quis eſſet abſolutus vel con-
demnatus de crimine per viam
denũtiationis Euangelicę:quia
poteſt iterũ inquiri & condẽna-
ri ad pœnam ordinariam.& eſt
ratio,quia per dictam denuntia
tionem agitur tantùm, vt quis
emendetur:non autem vt punia
tur.ſi tamen iudex proceſsit or-
dinariè,& legitimã pænam im-
poſuit,tunc ſtamus ſub regula.
ita tenet Felyn.in d.cap.de his.
verſic.quartò limita.&c.de accu
ſat.& Salic.in l.ea quidem.C.de
accuſat.& de materia huius de-
nuntiationis quis ſit eius effe-
ctus,tradit plenè Abb.in d.c.no
uit.in pen.charta.de iudi.& dicã
infrà in materia denũtiationis.
87 ¶*Limita ſeptimò non proce-
dere,



dere,quãdo quis fuit abſolutus
in foro pœnitentiæ : nam licet
confiteatur delictum ſacerdoti,
& ab eo recipiat pœnitentiam
ſalutarem,adhuc tamen poteſt
accuſari & puniri iterum de illo
crimine.Et ratio eſt,quia ꝑ pœ-
nitentiam fit ſatisfactio Deo &
eccleſiæ,ſed per pœnam legiti-
mam fit ſatisfactio reipublicæ,
quæ per delictum fuit offenſa.
ita tenet Fely.in cap.de his.ver-
ſic.v.limita &c.& ibi etiã Abb.
aſsignat rationem prędictam:&
probatur in l.licitatio. §. quod
illicitè.ff.de publica.& in l.an-
cillæ.C.de fur.& l.ſi pro fure.§.
j.ff.de cõdict.furti.& ſic vna per
aliam non tollitur,vt ibi habe-
88 tur.¶* Item etiam dicimus in
remiſsione facta in foro animę:
vt ſi offenſus confiteatur ſacer-
doti,& remittit iniuriã in foro
animæ.nam non obſtãte tali re-
miſsione,poteſt accuſare offen-
ſorem ad pœnam legitimã,quia
cenſetur ſolùm remiſiſſe odium
& animi rancorem, non autem
ius accuſandi,ſecundum Bartol.
in l.non ſolùm.§.iniuriarum.ff.
de iniuriis.& Abb.in cap.j.de in
iur.& Iaſo.plenè,in l.ſi tibi de-
cem.§.quædam.ff.de pact.& Io.
de ana in c.j.col.antepe.in fin.&
penult.de maledicis.& Paris in
trac.ſyndic.in verſi.compoſitio.
col ix.& x.& Fely.in d.c.de his.
89 col.ſi. ¶* Limita octauò,niſi de
crimine actũ fuerit ciuiliter,pu
ta ad rei reſtitutionem, ſeu ad
dãna,quia adhuc poteſt agi cri-
minaliter ad pœnam,niſi vtrun
que tẽderet ad vindictam : quia
tunc vna via tollitur per aliam.
tex.eſt in l.quod ſenatus.& l.prę
tor edixit.§.j.& ibi Bar.ff.de in-
iur.& no.Fely.in d.c.de his.col.
pen.verſ.vj.limita.de accuſa.vbi
limitat hoc,niſi in cauſa ciuili
reus fuiſſet abſolutus:ex eo,q̃a
delictum non fuit commiſſum:
quia tunc ab eodem criminali-
ter accuſari non poteſt,ſed à ter
tiò ſic,ſecundum eum.Et prædi
ctis adde Barto.in l.j.C.quando
actio ciui.crimi.præiudi.& ple-
nius Bar.in l.ij.§.j.ff.vi bo.rapt.
90 ¶* Et ex prædictis poſſet for-
mari q.quotidiana Quidã com-
miſit homicidiũ, vel aggreſſus
fuit aliquẽ violenter,adeò ꝙ de
iure teneretur pœna legis Cor-
neliæ de ſicariis , vel lege Iulia
de vi,vel alia ſimili pœna maio-
ri.offenſus accuſat ipſum de in-
iuria ciuiliter,& ſic de crimine
tantùm priuato : vtrum per hu-
iuſmodi accuſationem & pœnã
iniuriæ quæ eſt extraordinaria,
præcludatur pœna l.Corneliæ,
ſeu l.Iulię.Ratio videtur facere,
quòd ſic : ex quo vtraque pœna
tendit ad vindictam:per ea,quæ
ſuperius dicta ſunt.ecõtrà verò
videtur dicẽdum,quòd nõ , quia
de facili reperitur via fraudan-
di pœnas iuris,ſi homicida vel
alius grauiter criminoſus puni-
retur ſola pœna iniuriarum : &
ſic delictum ſemper remaneret
inſufficienter punitum:& eſſet
cõtra publicam vtilitatem l.ita
vulner

vulneratus. ff. ad l.Aqui. Pro j.
parte eſt text.in l.quod ſenatus.
ff.de iniur.Pro ij.parte,eſt text.
in l.prætor.§.j.eod.tit.Quid di-
cendum?Dic, quòd prima pars
eſt vera,ſcilicet,quòd ſi eſt actũ
ad vindictam vna via,poteſt agi
alia ad vindictam, per d.l.quòd
ſenatus. nam ſententia lata in
vna,parit exceptionem rei iudi
catæ in alia,ſecundum Barto.in
d.l.ij.§.j.ff.vi.bo.rap.Hoc tamẽ
intellige cum aliquibus declara
91 tionibus.¶* Vnde declara & li
mita j.hoc non procedere in cri
mine homicidij quia in eo non
auditur volens agere iniuriarũ:
& eſt in eo ſpeciale,vt non præ-
iudicet pœnæ l.Corneliæ de ſi-
cariis.imò iudex non debet præ
ſtare audientiam taliter agenti.
ita loquitur tex.ĩ d.l.prętor edi
xit.§.j.& ibi in ſpecie hoc tenet
Barto.& idem Barto.in d.l.j.C.
quando ciui.ac.crimi.præiudic.
imò,poteſt iudex cogere offen-
ſum,vt accuſet de homicidio:vt
dicit Bar.in l.in eum.ff.de accu.
vbi dicit hunc eſſe caſum ſpe-
cialẽ,in quo iudex poteſt quem
compellere ad accuſandum. in
aliis autem criminibus eſt regu
lariter cõtrà. Adde p̃dictis Bal.
in l.ſi quis homicidij.C.de accu
92 ſa.¶*Secundò declara & intel-
lige prædicta procedere, quan-
do accuſatus de iniuria ad vindi
ctam,accuſaretur iterum ab eo-
dẽ:quia tunc indiſtinctè non ad
mittitur:quia ſi eſt ſentẽtiatum,
obſtat ſibi exceptio rei iudicatę:
ex quo bis de eodem delicto nõ
debet capi vindicta.imò ſi pẽde
ret adhuc prima accuſatio,obſta
ret exceptio,ſcilicet,quòd de no
uo accuſari non poteſt: ex quo
fuit aliàs de eodem crimine ac-
cuſatus: quæ exceptio impedit
proceſſum ſuper noua accuſa-
tione,ſecundũ Bar.in l.ſenatus.
ff.de accuſ.Item.quia eligendo
vnam viam tendentẽ ad vindi-
ctam,cenſetur renũtiaſſe alteri
tendenti ad vindictã:ex quo ius
non patitur huiuſmodi concur
ſum,per ea,quæ not.Bar.in l.ij.
§.j.ff.vi bo.rapt.& in d.l.prætor.
§.j.ff.de iniur.& in d.l.quod ſe-
natus.eo.tit.& ĩ l.j.C. quãdo ci-
ui.ac.crimi.præiud.& Abb.in c.
tuæ.de procur.Secus eſt,quando
dictus offendens accuſaretur ab
alio tertio, qui ſuam vel ſuorũ
iniuriã proſequeretur:& maxi-
mè,quando ignoraſſet primam
accuſationẽ:quia tũc poteſt ter-
tius accuſare ad pœnã legitimã
& ordinariã: quæ deſcendit ex
illo crimine:vt probatur in l.q
de crimine.& ibi gloſ.& docto.
C.de accuſ.& per ea,quæ dixi ſu
prà in tertia limitatione huius
octaui requiſiti,& ſuprà in prin
cipio huius viij.limita.& no.Fe
lyn.in cap.de his.ver.ix.limita.
de accu.Verùm in terminis hu-
ius quæſt.dico quòd ſiue ignora
uerit, ſiue ſciuerit, poſſet alius
tertius iterũ accuſare,quãdo ac-
cuſatus fuit ſolùm de iniuria le
uiter punitus,quia ſi opponitur
exceptio:ego fui aliàs de hoc cri
mine



mine punitus:poſſem replicare
quòd non fuiſti ſufficienter pu
nitus, & ſic te accuſo,vt iterum
puniaris ſufficienti pœna, quæ
delicto commenſuretur,vt not.
Bald.in l.nullum.C.de teſtib.&
in l.vbi.C.de fal.& Alexand. in
addit.ad Barto.in l.lex Cornel.
§.ſi quis librum.ff.de iniur. vbi
dicit, quòd quando non irroga-
tur pœna integra,poteſt quis pu
niri iterum,non obſtante,quòd
ambę vię tendãt ad vindictam.
Quod corrobora per ea,quæ di
xi ſuprà in qnta limitatione hu
ius octaui requiſiti. & adde Fe-
lyn.in cap.quod olim.in fin. de
Iudęis.¶ Ex his oritur tertia de-
claratio ad deciſionem quæſt.
prædictæ, ſcilicet, vt procedat,
quando quis fuit ſufficienter &
integrè punit⁹: tũc enim ſi actũ
fuit ciuiliter ad vindictam,non
poteſt agi criminaliter,aliàs ſe-
cus:quia poteſt iterum agi,ſcili
cet per tertium,non per eundẽ:
quia electione excluditur, per
prædicta. Et ſic tollitur obſtacu
lum,quod fiebat in deciſiõe hu
ius quæſtio.ſuprà, pro ſecunda
parte,ſcilicet,de abſurdo, quòd
delictũ remaneret inſufficien-
ter punitum:quia poteſt puniri
poſteà ſufficienter per accuſa-
tionem alterius: vel per inquiſi
tionem iudicis,ſi delictum erat
tale,de quo poterat inquiri: vt
93 infrà dicã.¶* Item, quia in pro
poſitione huius q.narraui,quòd
offenſus egit de iniuria ciuili-
ter,ſcilicet,ad ęſtimationẽ.¶Nã
ſi egiſſet criminaliter de iniu-
ria ad pœnã arbitrariã, eſt poſ-
ſibile quòd delictũ puniatur ſuf
ficienter:quia iudex videns deli
cti qualitatẽ poteſt arbitrari pœ
nam vſque ad mortem incluſi-
uè:vt tenui & declaraui ſuprà in
quarta parte.in j. diſt. ſuper illa
q.an iudex in pœnis arbitrariis
poſsit ſe extendere vſq; ad mor
tem.vbi fuit hæc quęſtio exami
nata ad ſaturitatem. Ex hoc ſe-
quitur, quòd ſi fuiſſet actum de
iniuria criminaliter:& iudex ar
bitratus fuiſſet pœnam delicto
conſentaneã: non poſſet vlte-
rius ille offendẽs accuſari etiam
per tertium:nec inquiri per iudi
cẽ:ex quo fuit ſemel ſufficien-
ter punitus per ea, quæ dixi in
princi.huius octaui requiſiti, &
quæ not.Alex.in conſi.xj.col.pe
nul.in primo volu. Sed quando
fuit actũ ciuiliter per principa-
lẽ offenſum,nõ impeditur poſt-
modũ alius,puta cõſanguineus,
qui ſuam vel ſuorum iniuriam
ꝓſequitur, agere criminaliter:
quia ſolùm agere criminaliter
poteſt cõſanguine⁹: vt dicit Bar
tol.in l.lex Corne.ff.de iniur.&
ſentit idẽ Bar.in l.j §.fi. eo.ti.&
dixi ſuprà in quarta fallẽtia hu
ius octaui requiſiti.ver.prędicta
tamen limita,&c. & actio ciuili
ter per alium mota, non potuit
ſuo iuri accuſandi præiudicare.
94 ¶*Ex prædictis facio vnam no
uam illationẽ,quæ quotidie eue
nit:quòd ſi principalis offenſus
accuſaret aliquem criminaliter
de

de iniuria: & nō pertrāſegiſſet,
non poſſet alius vllo modo eun
dem criminaliter accuſare. Ve-
rùm vt omnes deciſiones inclu
dam, diſtinguo tres caſus. Aut
enim prima accuſatio pendet,
& nō poteſt alius accuſare: quia
obſtat exceptio impeditiua pro
ceſſus, ſcilicet, ego ſum de hoc
crimine ab alio accuſatus, ſecū-
dum Bartol. in d. l. ſenatus. ff. de
accuſa. Aut fuit lata ſentētia cō-
demnatoria ad pœnā ſufficien-
tem, & minimè poteſt ab alio
accuſari: quia ſemel ſufficienter
punitus nō debet iterū puniri,
per ſuperius dicta. Aut fuit abſo
lutus, ſciente nouo accuſatore,
& minimè poteſt accuſari, per
ea, quæ habentur in lege ſi cui.
§. hiſdem. & ibi Bar. ff. de accu-
ſat. & dixi ſuprà in tertia limita
tione. Remanent ergo duo tan-
tùm caſus, in quibus alius accu-
ſare poſſet, ſcilicet. quando non
ſufficienter eſſet punitus. Item,
quando eſſet abſolutus ignorā-
te nouo accuſatore, vt colligi-
tur ex prędictis, & ſemp loquor
de nouo accuſatore, qui ſuam
vel ſuorum iniuriam proſeque
retur: quia de alijs non eſſet du
biū, vt plenè dixi ſuprà in quar-
95 ta limitatione. ¶* Nunc redu-
cam iſtam illationem ad practi
cā: quotidie euenit, quòd vnus
patitur iniuriam realem vel ver
balem in corpus ſuum. pluries
fuit dictum ſuprà, quòd iniuria
facta vni, cenſetur facta omni-
bus ſuis conſanguineis. modò
iſte principalis offenſus porri-
git querelā ſeu accuſationē cri-
minalem, contra iniuriantē. va-
dunt etiam cōſanguinei & por-
rigunt alias querelas crimina-
les iudici de eadē iniuria cōtra
eūdem. Dico indubitāter, quòd
iſtæ aliæ querelę criminales cō-
ſanguineorum, non debent ad-
mitti, durātequerela offenſi: ſed
bene poterunt adſiſtere in iudi
cio pro eorum intereſſe, ſuper
querela offenſi: vt ille iniurians
puniatur ſufficiēti pœna. Et mo
ueor iſta conſideratione. Nam
per iſtam iniuriam ex quo vnū
eſt delictum, fuit ſemel tantùm
offenſa reſpublica. quando ali-
quis accuſatur criminaliter, agi
tur, vt ſatisfaciat reipublicæ ꝑ
legitimam vel ſufficientem pœ
nam, vt probatur in l. licitatio.
§. quod illicitè. ff. de publica. &
l. ſi pro fure. §. j. ff. de condictio.
furt. & l. ancillæ. C. de furt. & te-
net Abba. in cap. de his. colum.
ij. de accuſat. Sed eo ipſo, quòd
aliquis eſt ſemel accuſatus cri-
minaliter, per hāc vnicā accuſa-
tionem non intēditur ad aliud,
niſi vt ſatisfiat reipublicę, cuius
intereſt, vt delicta puniātur. l. ſi
operis. C. de pœnis. l. ita vulne-
ratus. ff. ad l. Aquil. vnde ſi iſta
ſatisfactio eſt facta ꝑ pœnā im-
poſitā, nō debet alius accuſator
idē petere: quia ſolutione eius,
quod debetur, omnis tollitur
obligatio. Reus enim eo ipſo,
ꝙ pœnam legitimā paſſus eſt,
ſoluit reipublicæ, quod debe-





bat, vnde eſt à republica libera
tus. Idem ſi ſatisfactio eſt in fie
ri, vt quia pendet proceſſus: nā
omnes accuſationes tendūt ad
vnam pœnam: ergo tanquā ſu-
peruacuæ ſunt repellēdæ: quia
potius vexarent reum indebitè
in diuerſis litigiis quàm ꝙ rei
publicæ aliquam vtilitatem fa
cerent: ex quo pro eius ſatisfa
ctione vnica tantùm accuſatio
ſufficit. Ad hoc facit l. ſi plures
ff. de accu. & quod no. Bald. in l.
96 ſi plurib⁹. ff. de leg. j. ¶* Quar-
to declara regulā & deciſionē
prædictam, vt non procedat in
præiudiciū iudicis inquirentis
quia ſi delictum eſt tale de quo
poteſt inquiri ex officio, nō ob-
ſtante, quòd offenſus egerit ci-
uiliter ad vindictā: poteſt nihi-
lominus iudex inquirere: & i-
pſum offenſorem pœna ordina
ria punire, et ratio patet ad ſen
ſum: quia per actionē ciuiliter
intentatam, non eſt ſatisfactū
reipublicæ, ſed ſolùm parti, vn
de iudex habēs poteſtatem in-
quirendi. poteſt delictum puni-
re ſufficiēter per inquiſitionē,
per ea quæ habentur in ca. j. de
collu. deteg. & per ea quæ dixi
ſuprà in ſeptimo requiſito: in
prima & quinta fallentia. Quia
ſicut per tranſactionē nō poteſt
pars impedire iudicis īquiſitio
nē, vt ibi fuit dictū: ita minime
per actionē ciuiliter inſtitutam
cùm non poſſit diuerſitatis ra-
tio aſsignari. Secus autē eſſet,
ſi criminaliter ageret de iniu-
tia quia tūc iudex poteſt irro-
gare pœnam legitimam: illam
arbitrādo pro qualitate delicti:
& ſic nō eſt opus alia inquiſitio
ne, per ea quæ ſuprà pluries di-
97 xi. ¶* Limita nono principali-
ter dictum requiſitum nō pro-
cedere, quando delictum eſt ta
le, de quo poteſt cognoſcere &
punire iudex eccleſiaſticus, & ſe
cularis, vt de blaſphemia Dei,
vel de vſura, vel ſimili: quia li-
cet fuerit qs accuſatus & puni
tus coram iudice eccleſiaſtico,
poteſt tamen adhuc iterum ac-
cuſari & puniri, per iudicem ſe
cularem: & econtrà, & vna pœ-
na per aliā nō tollitur tex. eſt,
& ibi Abb. ī c. ſtatuimus. de ma
ledi. & in c. felicis. §. ſuper hoc
de pœn. lib. vj. & Abb. in c. tuæ.
de proc. & Bald. in l. placet. C.
de ſacroſan. ecc. & in l. ſi quis in
hoc genus. C. de epiſco. & cler.
& Felyn. in c. de his: col. fin. de
accu. & Lud. Ro. in cōſi. ccclxxv
Ex quo enim diuerſæ pœnæ im
ponuntur ꝑ diuerſas leges, vna
pœna non tollit aliam, ſed am-
bæ concurrunt ſecūdum Abb.
in d. c. tuæ. & eſt materia, quam
plenè ponūt Cy. Bal. & Saly. in
l. qui ſepulchra. C. de ſepul. vio.
& Matth. in cōſti. muliæ leges
98 in ij. notab. ¶* Limita decimò
non procedere, quando aliquis
fuit accuſatus de aliquo crimi-
ne coram vno iudice, & fuit cō-
tumax: nam ſi iterū accuſatus,
non poteſt opponere, quòd a-
liàs fuit de eodē crimine accu-

ſatus:quia contumax non oppo
nit exceptionem litis penden-
tiæ.ita plenè concludit Bart. in
l ſepulchri.ff.de ſepulc. viol. &
Bart.in.l.vbi cœptum.ff.de iud.
& Alex.in l.quãuis. ff. de in ius
voc.plus dicit Bar.in d.l. ſepul-
chri.in fin. quòd ſi quis pro eo-
dem delicto fuit citatus coram
duobus iudicibus,& in vtroque
foro fuit contumax: ſi fuit con-
demnatus ad pœnam contuma
ciæ per vtrunque iudicem , po-
teſt bis exigi dicta pœna. & ſic
pro eodem delicto patitur quis
duas pœnas contumaciæ: licet
contrariũ videatur tenere Bald.
in l.ſi pluribus.ff. de lega. j. vbi
dicit,quòd ſoluendo ſemel pœ-
nam,liberatur.Mihi videtur ꝙ
opin.Bart.ſit verior:quia dubiũ
de duabus pœnis pro eodẽ de-
licto, procedit in delicto princi
paliter commiſſo,quod eſt vnũ.
Sed nos loquimur in pœnis cõ-
tumaciæ: & in rei veritate duæ
fuerunt contumaciæ,& ſic duo
ſunt delicta.vnde non eſt mirũ,
ſi duæ pœnæ exiguntur.Nec po
teſt dicere reus,non debuiſti fa
cere me contumacem in ſecun-
do iudicio : ex quo ſemel eram
præuentus in primo :quia cùm
lex deneget ſibi huiuſmodi ex-
ceptiones præiudiciales , vt ſu-
prà dixi,ſequitur,quòd teneba-
tur comparere etiam in ſecun-
do iudicio.vnde quia non com-
paruit, hic ſunt duo cõtemptus
iudicum: meritò duplici pœna
99 puniri debet. ¶* Et per illud di
ctum Bar.in d.l.ſepulchri. in fi.
infero ad q. Quotidie euenit,
quòd debitor obligat ſe de ſol-
uendo pecuniam ad certũ tem-
pus per publicum inſtrumentũ
vel obligationem factam penes
acta curiæ:& ambę iſtæ ſcriptu-
ræ publicæ habẽt executionem
paratam in regno. De obliga-
tione penes acta tenent Alex.&
doct.in l.eum pro quo. ff. de in
ius vocan.& per Matth.in deci.
xxx.conſi.Neap.De inſtrumen-
to liquido , eſt ritus magnæ cu-
riæ,qui incipit,item,ſi qui debi
tores &c. Et in iſtis duobus caſi
bus eſt ſolitũ ferè in omnibus
curijs huius regni, exigi pœnas
pecuniarias à debitoribus,quã-
do accuſantur iſtę obligationes
vel inſtrumenta ad rationem ta
renorum trium pro qualibet vn
cia debita.pone modò:Debitor
non ſoluit in termino,creditor
accuſat ſibi obligationem vel
inſtrumentum:propter quã ac-
cuſationem fuit condemnatus
ad pœnam prędictam: poſtmo-
dum creditor prorogat termi-
num debitori,quo termino ela
pſo debitor nõ ſoluit. Creditor
iterum accuſat:quęro an tenea-
tur iteratò ſoluere aliã pœnã.
Et dico quòd ſic: ex quo bis de-
liquit cõtraueniendo : vnde bis
debet pœnam ſoluere:per illud
dictum Bar.in d.l.ſepulch.in fi.
100 ¶* Vnum ſupereſt addere pro
cõplemento prædictorũ. Quo-
niam pluries dictum eſt , quòd
quando quis non eſt ſufficien-
ter



ter punitus , poteſt agi vt iterũ
puniatur , quomodo erit irro-
ganda iſta pœna ſufficiens , vt
quis non ſentiat duplicem pœ-
nam?Bar.tangit iſtã queſtio. in
d.l.ſenatus.col.fi.ff.de accu. ſu-
per illa q.ſi accuſatus aliqs fuit
de crimine,non expreſſa quali-
tate,quæ crimen grauabat:vtrũ
poterit iterum accuſari cum il-
la qualitate,vt plus puniatur?&
tenet quòd ſic.Et ſi fuit punitus
ex prima accuſatione , qualiter
ſit puniendus ex alia? Et diſtin-
guit , quòd ſi primò fuit puni-
tus in pecunia, & tunc venit ſi-
militer puniendus in pecunia,
ſed in maiori ſumma : debet in
hac ſecunda pœna ſuppleri in,
quod defecit in prima:ſi tamen
ſecunda pœna eſſet corporalis,
& tunc debet pecunia ſibi reſti-
tui,ſi ipſam ſoluerat:& ſi nõ ſol
uit,nõ tenetur eam ſoluere, ſed
ſolam pœnam ſubibit corpora
lem.Sed totum dubiũ ſtat,quan
do vtraque pœna eſt corpora-
lis : vt ſi pro ſecunda accuſatio-
ne veniret amputanda manus,
& pro prima fuit fuſtigatus, qd
erit agendum,ex quo prima nõ
poteſt reſtituit?Barto. non deci
dit, ſed relinquit cogitandum.
Ego pro deciſione huius dubij,
dico,quod tunc nõ punietur in
corpus vlterius , ex quo prima
non poteſt reſtitui , per ea quæ
not.Bar.in l.eleganter.§.qui re
probos.ff.de pig.actio.& Bal.in
c.at ſi clerici.de iudi.& Paris in
tract.ſynd.in verſ.executio. vbi
dicunt de condemnato, vt erua
tur ſibi oculus dexter:ſi fuit per
errorem erutus ſiniſter : nõ de-
bet ſibi vlterius erui dexter : nõ
obſtante, quòd nõ fuit ſufficien
ter punitus , ſecundum ſenten-
tiam, ex quo prima executio re
ſtitui non poteſt:ita etiam con-
cludo in caſu noſtro.Et hæc de-
ciſio videtur eſſe de mente Iaſ.
in l.Iulianus.col.ix.in fi.ff.de cõ
dict.indeb.Puto tamen,quòd ſi
illa pœna corporalis prius irro
gata,fuit nimis leuis,attẽta qua
litate delicti,iudex poſſet com-
mutare ſecundam penã corpo-
ralem in pecuniariã , ad hoc vt
delinquens remaneat ſufficien-
ter punitus , & hoc ex arbitrio
ſibi à iure conceſſo ex cauſa,per
tex.& ibi Bar.in l.quid ergo. §.
pœna grauior.ff.de his qui not.
infa.& l.hodie.& ibi gloſ. ff.de
pœni.& l.reſpiciendum. eo.tit.
101 ¶ * Sed poſſet adhuc fieri du-
bium,ſi ex ſecunda accuſatione
veniret irroganda pœna mor-
tis naturalis:tunc videtur dicen
dum quòd non eſt curandum,
quòd quis fuit corporaliter pu-
nitus, quia reus non indiget in
caſu iſto reſtitutione pœnæ , ex
quo mors omnia ſoluit. & iſta
vltima & grauiſsima pœna,oẽs
pœnas abſorbet : vnde videtur
dicendũ , ꝙ debeat damnari ad
mortẽ , nõ obſtante prima pœ-
na.In contrariũ videtur: quia li
cet aliquis veniat damnãdus ad
grauem pœnam , ſi tamẽ paſſus
fuit aliquid in corpus,puta lon-

gàm carcerationem, iſta eſt iuſta cauſa,vt pœna mitigetur.gl. eſt nota.in l.ſi diutino.ff. de pœnis,in glo.magna.ibi, quarti dicũt,&c. & fit hoc ex quadã materia,vt dicit ibi gloſ.vnde ita eſſet hîc dicẽdũ, vt illa pœna corporalis prius irrogata, ſit iuſta cauſa alleuiandi pœnã mortis. Puto tamẽ,quòd totum hoc relinquatur in arbitrio boni iudicis attenta qualitate delicti,perſonæ,loci,& temporis.per l.aut facta.in princi.& §.fi.ff.de pœn. & per d.§. pœna grauior.& d.l. hodie. Quid enim ſi delinquẽs eſſet aliquis homo facinoroſus & ſeditioſus,vel ſi fuit crimẽ deteſtabile puta, læſæ maieſtatis vel aſſaſsini, vel aliud ſimile? certè non eſſet tunc pœna mitiganda contra huiuſmodi ſceleratos,non obſtante,quòd aliam pœnam leuiorem in corpus paſſi fuerint.& econtrà,ſi eſſet aliquis homo bonæ vitę, & cauſaliter repertus fuit in delicto,puta homicidij, tunc iudex ex cauſa prioris pœnæ corporalis,poſſet vti miſericordia in mitigãdo pœnam mortis per gloſa.

102 in d.l.ſi diutino.¶*Nonò principaliter requiritur ad validitatem inquiſitionis, quòd fiat per iudicem competentem : aliàs non valet, vt in toto titulo,ſi à

103 non compe. iud. * An autem valeat talis proceſſus coram incompetenti, & quid de confeſſione:vide Bart.Alb.de Roſa.& Iaſ.in l.magiſtratibus.ff.de iur. omn.iud.& Bar.in l. diuus.ff.de cuſto.reo.& Abb. & doct.in c.at ſi clerici.de iudi.in quibus locis dicitur, quòd cõfeſsio facit indicium ad torturam, corã competenti. & idem tenet Alexã.in cõſi.xiij.col. iiij.in.j.vol.Quod qualiter, & quando procedat, vide Iaſo.in d.l. magiſtratibus.

104 ¶*Sed iuxta hoc moueo vnũ dubium.Quotidie quando iudices formant huiuſmodi inquiſitiones:ſolent addere vnũ coadiutorem ex parte curie eligendo vnum miniſtrũ,ſeu nũtium. vel executorem curiæ, qui adſiſtat inquiſitioni, & cauſam ex parte curiæ defendat, vtrũ hoc ſit de ſubſtantia inquiſitiõis,vel ad quem effectum datur talis coadiutor?dic quòd nõ eſt de ſubſtantia:nam fama habet vim accuſatoris vt ſuprà dictum fuit: & poteſt fieri inquiſitio ſine eo, vt declarat Abb. in c. cùm clamor de teſtib. ſed fuit inductus iſte procedendi modus per capitu.regni,in nu.17..quòd incipit plerunque contingit.quòd capitulum innuit,quòd iudices in inquiſitionibus debẽt adhibere coadiutorem curiæ, ad effectũ, vt ſi cõtingat ferri ſententiam abſolutoriam,reperiatur dictus coadiutor,qui appellet ad ſuperiorem nomine curiæ: alias nemo appelaret:& ſic curia poſſet lædi per iniquam ſententiam. Si tamen iudex procederet ſine coadiutore, tunc lata ſententia tenetur iudex quãprimum certior





tiorare ſuperiorem de dicta ſententia lata, qui ſuperior infra menſem poteſt iubere iudici,vt mitat ad eũ proceſſum,vt cauſam reuideat: perinde ac ſi eſſet appellatum. & ſi infrà menſem ſuperior nõ reſcribit iudici extunc lapſo mẽſe ſentẽtia trãſit in rẽ iudicatam.Et ſi iudex non certiorauerit ſuperiorem,punitur arbitrio ſuperioris. Ita hæc omnia deciduntur in d.c.plerũque contingit.vnde dare coadiutorẽ in inquiſitione, eſt vtile propter remedium appellationis: & quia releuatur iudex à certiorando ſuperiorẽ. ſed poteſt facere interponi appellationem ſub nomine coadiutoris:& iſte coadiutor alio vocabulo in iure communi appellatur promotor inquiſitionis, ſecundum Abb.& Franc.de Are.& doct.in

105 .d.c.cùm clamor.de teſti.¶*Decimò principaliter requiritur, vt procedat inquiſitio, quòd iudex inquirat in caſibus à iure permiſsis, & nõ in caſibus prohibitis: & qa hîc melius, quàm alibi cadit opportunũ,ad hoc vt iſta materia reddatur magis notabilis, inueſtigabimus, q ſunt illi caſus, in qbus iudex poteſt procedere ex officio ad inquirẽdum abſque accuſatione partis: quia etiã ſciemus caſu prohibitos,per regulam, que ſe habet, quod contrariorũ eadem eſt diſciplina.Et preſuppono, quod regulariter inquiſitio eſt prohibita, per regulam iuris, quæ ſe habet, quòd nemo ſine accuſatore dãnatur, vt dixi ſuprà in. j.q.principali,huius ſextæ, partis.in princ.& nõ fit, niſi vbi agitur de commodo publico: & ſic ad publicam vtilitatem :nã in cauſa ciuili & ad commodũ priuatorum, iudex regulariter non inquirit, vt dicit Angel.in tract.male.in verſ.incendiario. colũ.ij. vbi plus dicit, quòd inquiſitio non poteſt fieri, niſi delictum ſit commiſſum dolo vel lata culpa.Idem tenet Innocen. in c.ad noſtram.de iureiuran.& Barto.in l.iiij.§. hoc autem iudicium.col.j.ff.de dam.infecto. iſte regulæ recipiunt nõnullas fallẽtias in quãplurimis caſibus in quibus iudex inquirit ex officio, etiam ad commodum priuatorũ: & in criminalibus ſimiliter in quamplurimis caſibus

106 ¶*Primus igitur caſus,in quo iudex poteſt inquirere ex officio,etiam ad commodum priuatorum eſt, vbicunque ſumus in aliquo vſurario manifeſto, qui extorſit vſuras ab aliquo debitore, & propter eius fortè potẽtiam nõ audet debitor repetere ab eo vſuras.Nã tunc iudex etiã nemine petẽte, poteſt inquirere contra eum,& ipſum compellere ad reſtitutionem vſurarum text.eſt in c. cùm in diœceſi. & ibi Ioan. de Anna.in ij.nota.de vſur. & Abb. in cap. tuas.in ij. no.eod.titu.vbi plus dicit Abb.

107 * quod nõ ſolũ poteſt iudex cogere ad reſtitutionem vſurarũ

poſt vſuras receptas: ſed etiam
ante ſolutionem poteſt ex offi-
cio impedire creditorem, ne re-
cipiat ſeu exigat vſuras, & hoc
cauſa vitãdi peccatum idem te-
net Io.de Ana.in d.c.tuas.in vl-
timo no.& eſt gl.in c.ex literis.
de ſpõſa.& Abb.in c.ad noſtrã.
el ij.col.ij.de iureiurã.vbi dicit
de mente Innoc.ꝙ iudex eccle-
ſiaſticus poteſt procedere con-
tra eum quem habet ſuſpectum
de vſura ad pœnitẽtiam impo-
nendam:& erit vtile per conſe-
quentiam parti:quia nõ poterit
imponi ſalutaris pœnitẽtia,niſi
vſuræ reſtituantur parti. Adde
Bal.in conſi.clxxxiij. in fi.in pri
mo volu.& Soci.in cõſ.ccxix.in
ſecundo volu.Et hoc eſt, quod
voluit dicere Bal.in l.ea quidẽ.
colum.antepe.in ver.item quæ
ritur in ciuili &c.C.de accuſat.
vbi dicit,quòd in ciuili regula-
riter nõ proceditur per inquiſi-
tionem, niſi cõtra vſurarium.&
idem Bal.in c.j.§.ſi tres.de pace
tenen.Nam debẽt iſta verba in
telligi de iſta inquiſitione,quæ
fit per iudicem eccleſiaſticum
pro ſalute animæ.Nõ enim poſ
ſunt intelligi de inquiſitione fa
cienda per iudicem ſecularem:
108 *quia de iure ciuili communi
iudex ſecularis nõ ſe itromittit
in crimine vſurarum ad punien
dum,duplici ratione.Primò,qa
de iure ciuili vſuræ ſunt permiſ
ſæ,& nõ reperiuntur prohibitę,
l.eos.C.de vſur.vbi Iuſtinianus
Imperator,qui fuit vir catholi-
cus,permiſit vſuras.& hoc tenet
Bar.in l.j.co.iij.C.de ſum.tri.&
fide catho.& Cardi.in cle.j.col.
ij.in ij.q.de vſur.& Philip.Deci.
in conſi.clxx.vnde quod ſit lege
permittẽte, nõ punitur.l.Grac-
109 chus.C.de adul.*Secũdò, quia
eſt crimẽ eccleſiaſticum, & eius
inquiſitio & punitio ſpectat ad
epiſcopum,vt per Bar.& docto.
in l.quoties.C.de iud.& in l.Ti
tia.ff.ſol.matr.& Abb.in c.tuã.
de ord.cog.& not.Pe.Phil.Cor.
in conſi.xix.col.ij.in litera e.in
110 iij.vol.¶ *Sed an criminaliter
poſsit iudex inquirere ex offi-
cio contra vſurarium,& ipſum
punire ad aliquam pœnam?iſta
eſt pulchra & difficilis q. ſuper
qua de iure ciuili Romano ſeu
communi,eſt dubiũ, quòd nec
inquirẽdo,nec per accuſationẽ
poteſt iudex procedere ad pœ-
nam:quia nõ eſt crimen de iure
ciuili: ex quo permittũtur vſu-
ræ,vt modò dixi.& tenet Phil.
Decius in d.cõſi.clxx.colum.iij.
ſed ſtat dubium in duobus caſi-
bus.Primus eſt,quid de iure ca-
nonico.Secundus,quid de iure
conſtitutionum regni:per quas
prohibentur vſuræ, & punitur
vſurarius ad pœnam publicatio
nis bonorum,vt eſt cõſtitu.quæ
incipit,vſurariorum.& habetur
in ritu magnę curiæ,in num.15.
qui incipit,item,quòd procura-
111 tor.&c.¶*Quo ad primum ca-
ſum,ſcilicet,vtrum iudex eccle-
ſiaſticus poſsit inquirere crimi-
naliter contra vſurarium, vel

ipſum



ipſum accuſatum punire aliqua
pœna criminali:in hoc ſunt opi
nio.contrariæ. Nam Baldus &
Sali. in l.improbum.C. de his,
qui not.infa.tenet, quòd vſura-
rius nullo modo poteſt crimi-
naliter puniri:ex quo nulla le-
ge cauetur: nam recipit vſuras
de cõſenſu ſoluẽtis. Idem tenet
Io.de Ana.in capi. quàm perni-
cioſum.colum.quarta. de vſur.
& plenè Philippus Decius in di
cto cõſil. clxx. vbi plures ratio-
nes allegat. Nam ius canoni-
cum introduxit tres pœnas cõ-
tra vſurarium.Prima eſt,ꝙ pri-
uatur cõmunione altaris: nam
nõ poteſt recipere corpus Chri
ſti: nec debet ſtare in eccleſia,
quãdo celebrãtur diuina.Item,
non debet ſepeliri in eccleſia.
Tertio, quia nõ admittitur ad
oblatiões faciẽdas.iſtę tres pœ-
næ tradũtur in c.quia in omni-
bus.& ibi per Abb.&Io.de Ana.
de vſur. Item poteſt cõpelli ad
reſtitutionem vſurarum,& ſi nõ
reſtituit, poteſt excõmunicari:
ſecundum Abba.in cap.præter-
eà.de vſur. vltra ergo iſtas pœ-
nas,non debet vſurarius puniri
criminaliter: quia nulla lege ca
uetur.contrariam partem tenet
Iaco.But.in d.l.improbum. ſci-
licet,ꝙ vſurarius exigẽdo vſu-
ras, committit dolum.ergo te-
netur pœna criminis ſtelliona-
tus.vnde puniri poteſt pœna ar
bitraria criminaliter ꝑpter do-
lum. & iſtam partem ſequitur
Pe.Philippus Cor.in cõſi.xix.
in tertio volumine.Vbi facit de
hoc vnum cõſi. & multas ratio-
nes allegat.Et ſic habemus duo
conſilia adinuicẽ repugnantia.
Et certè pro prima parte mul-
tũ facit tex.in c.cùm tu.in fi. &
in verſicu.illi autem.de vſur. &
poteſt põderari illud c.in tribus
locis.nam in princip.dicitur, ꝙ
pœnæ inductæ per Lateranẽſe
conſilium,cõtra vſurarios, ha-
bent locum,donec vſuras reſti-
tuant:ergo ſequitur, quòd illis
reſtitutis,ceſſant pœnę. Secũdo,
in dicto ver.illi autem. dicitur,
quòd vſurarij pauperes, qui vſu
ras reſtituere non poſſunt, non
debẽt vlla pœna mulctari. Ter-
tiò,in fine dicitur,quòd reſtitu-
tis vſuris,liberatur vſurarius tã
à peccato, quàm à pœna. & ſic
patet per dictũ capitulũ, quòd
tota vis iuris canonici conſiſtit
in faciẽdo reſtitui vſuras pro ſa
lute animæ,& ille, qui non po-
teſt reſtituere, non punitur ali-
qua pœna.Nã ſi poſſet crimina
liter puniri, ſi nõ habet in ære,
deberet ſaltem luere in corpus:
cùm obligatio deſcẽdat ex de-
licto,vt habetur in lege,ſi quis
id quod.ff.de iuriſ.om.iudic. &
in.l.quicũque.C.de ſeruis fugi.
Sed lex canonica dicit expreſsè,
quòd nulla pœna puniatur: &
idem, quando vſuras reſtituit,
non punitur, vt dicto capitulo
cùm tu.in fi. ſed ad illũ textum
reſpõdet Petrus PhilippusCor.
in dicto ſuo conſilio xix. quòd
verũ eſt, quòd nulla pœna pu-

X 4 nitur

nitur:ſcilicet, loquendo de pœ-
nis inductis ad reſtitutionem
vſurarum contra non reſtituen
tes: quæ ſunt pœne Lateranen-
ſis conſilij: ſcilicet traditæ in di
cto capitu. quia in omnibus.de
vſur.Non tamẽ negat,quòd pu-
niatur vſur. criminaliter ex de-
licto per eum patrato in mutu-
ando & recipiendo vſuras. pro
ſecũda parte facit tex.in ca.cum
in diœceſi.de vſu.vbi probatur
quod crimen vſurarũ, poteſt in
iudicium deduci per viam accu
ſationis: ergo debet puniri ali-
qua pœna naturali,conuenien-
ti illi delicto. & ita illum textũ
põderat Petrus Philippus Cor.
in dicto conſilio xix. vbi etiam
conſiderat, quod vſurarius plu-
ries delinquit. Primò enim de-
linquit mutuãdo ſub vſuris: qa
facit contra præceptum diuinũ
& canonicum, quod dicit Mu-
tuũ date, nihil inde ſperantes.
capitu.cõſuluit.de vſur.Secũdò
delinquit, vſuras recipiẽdo: qa
tunc exequitur ſuum malũ pro
poſitum. Tertiò,delinquit,vſu-
ras nõ reſtituendo. Sed omnes
pœnæ inductæ à lege canonica,
tendunt cõtra hoc tertium deli
ctum: ergo alia duo ſi nõ puni-
rentur, remanerent impunita,
quod eſſet cõtra publicam vti-
litatem,¶ Vt autem iſta q.rema
neat deciſa, & habeatur ipſius
vera cõcluſio:ego adhæreo huic
ſecundæ parti. Et puto opin.
Petr. Philippi Corn.eſſe verio-
rem,& magis iuri conſonã: ſci-
licet, quòd vſurarius poſsit cri-
minaliter inquiri præcedẽte fa
ma,vel accuſari, & vigore talis
proceſſus criminaliter inniti,
poteſt puniri pœna pecuniaria
ad arbitrium iudicis eccleſiaſti-
ci. & ad corroborandam iſtam
partem, adduco primò omnes
rationes & iura adducta & con-
ſiderata per Pet.Philip. Cor.in
dicto ſuo conſi.xix.in tertio vo
lumine,quæ bene vidẽtur mili-
112 tare.¶ *Secũdò,vltra rationes
per eum cõſideratas,adduco, ꝙ
iudex eccleſiaſticus ex iuſta cau
ſa ſibi viſa, poteſt adiuuare ca-
nones,addẽdo nouam pœnam:
licet nõ poſsit totaliter ſtatue-
re cõtra canones.gloſ. eſt nota-
bilis in cle.ne Romani.in verſi.
tolli.& ibi etiam Card. in prin.
in iij.q.de ele.& Abb.in c.licet.
col.ij.circa fi.in verſi.aut ſubeſt
ſtatutum,&c. de pœnis.& Fely.
in c.irrefragabili.§.certum.col.
ij.ver. limita hanc concluſionẽ.
&c.de offi.ordi.vbi dicit, quòd
poteſt addere nouam pœnam
pecuniariam.& idem Fely.in c.
quod ſuper his.col.v.verſic. fal-
lit ſeptimò,&c.de maio.& obe.
vnde in propoſito, licet per ca-
nones nõ caueatur expreſsè, ꝙ
vſurarius puniatur criminaliter
niſi ſolũ ad illas ciuiles pœnas
traditas in d.c.quia in omnibus
tamen dico, ꝙ epiſcopus poteſt
addere nouam pœnam, coadiu-
uãdo canones, & punire ipſum
arbitrio ſuo,ſcilicet ad pœnam
pecuniariam ex iuſta cauſa: ſci-





licet ne tale delictum receptio-
nis vſurarum,pertranſeat impu
nitum, & vt alij vſurarij capiãt
exemplũ: & ceſſent formidine
pœnæ à committẽdis vſuris, vt
dicit textus in l. ſi operis. C. de
pœnis. & l.quicũque.§. quòd ſi
113 fecerit.C.de hęret.*Solẽt enim
pœnæ exacerbari, vt alij capiãt
exẽplũ.l.aut facta.§.fin.l.ſi quis
aliquid. §.qui abortionis. ff. de
pœnis.&.l.j.C.ad leg.Iul.repet.
114 ¶ *Tertiò hanc partẽ cõfirmo:
quia hodie multũ inoleuit vſu-
rariorum temeritas,& inſtigãte
diabolo acrius exercent vſuras
nonnulli Chriſtiani, quàm Iu-
dæi & infideles. quo caſu pro-
pter delicti frequentiã, eſt per-
miſſum iudici pœnas ordina-
rias augere,& illas exacerbare,
& nouas pœnas addere.text.eſt
& ibi Bar. in prin.in dicta l.aut
facta.§.fi.ff.de pœ.&.l.j.ĩ prin.
ff.de abigeis.& tex.cum glo.in
l.tertia.in fi.C.de epiſc.aud. fa-
cit text.in l. hodie.ff.de pœnis.
Stante ergo vſurarum frequen-
tia,dico indubitãter eſſe permiſ
ſum epiſcopo augere pœnas ca
nonicas, & punire vſurariũ ad
ſuum arbitrium pœna compe-
tenti: iuxta dictã legem,hodie.
115 ¶ * Quartò, ad idem adduco:
quia iudex eccleſiaſticus debet
& poteſt illam pœnam irroga-
re,quæ magis timetur: ratione
cuius timoris cẽſendum eſt ip-
ſum à delinquẽdo fore ceſſatu-
rum.glo.eſt.in cap.licet.in glo.
magna,circa fi. & ibi Abba. de
pœnis.& tex.in.c. quoniam fre
quenter in fi.& ibi glo.in verſ.
magis timeri,&c.vt lite nõ con
teſta.& glo.in capi.de cauſis. in
verſic.certa.in fi. de offi.delega.
& Fely.in capitulo irrefragabi-
li.§.certum.colum.j. & ibi etiã
Abb.in tertio nota. de offi.ord.
vbi vidẽtur decidere hũc caſum
de mente Hoſtiẽ. Dicũt enim,
ꝙ iudex eccleſiaſticus pro cri-
mine eccleſiaſtico etiam contra
laicum poteſt irrogare pœnam
pecuniariam, ſi illa magis time
116 tur,quàm pęna ſpiritualis*ſed
in nullo caſu poteſt magis con-
uenire pœna pecuniaria, quàm
contra vſurarium:qui peccat ex
rabie auaritię & cupiditatis.vn-
de puniri debet in eo, in quo
deliquit,vt pœna ſit delicto cõ-
formis,l.ſi fugitiui.C.de ſer.fu.
facit tex.ĩ l.ſancimus.C.de pœ-
nis. Ad quod habentes reſpectũ
Imperatores huius regni, impo
ſuerunt penam pecuniariã con-
tra vſurarios ſcilicet,publicatio
nis omnium bonorum, vt dicit
conſtitu. quæ incipit,vſurario-
rum.& ſemper eſt credendũ, ꝙ
vſurarius nullam pœnã magis
timebit,quàm pecuniariã: quia
ſemper auarus eget. & ex quo
incœpit fabricare in gehennã,
nõ curabit pœnas ſpirituales,vt
tenet Abba. in ca. vt clericorũ.
in fi.de vita & hone.cle. Et pro-
ptereà vt irrogetur pœna deli-
cto cõueniẽs, & q̃ magis time-
tur:dico quòd epiſcopus poteſt
ipſum criminaliter punire pœ-

na pecuniaria, quæ debet poſt-
modũ irrogari per epiſcopum
in fabricam eccleſiæ, vel in aliũ
pium vſum: ne ipſe etiam ar-
guatur de vitio cupiditatis, ſe-
cundum Abb. in dicto ca. vt cle
ricorum. in fi. & in d. §. cæterũ.
& in ca. dilectus. de offi. ordi. &
117 in dicto cap. licet. ¶ * Quintò
adducitur: quia ius canonicum
appellat vſuras, & ille, qui com-
mittit vſuras, dicitur committe
re crimẽ. d. ca. quia in omnibus.
118 & c. ſuper eo. de vſur. * Sed cri-
mẽ dicitur, omnis operatio ma
la, quæ poteſt accuſari & puniri
criminaliter in hoc ſeculo. cap.
apoſtolus. lxxxj. diſt. & glo. in c.
peccatum. de regulis iuris. lib.
vj. & Fely. in c. teſtimoniũ. col.
iij. de teſti. Et quòd vſura dica-
tur crimẽ, apparet ex ordine ti-
tulorum & rubricarum in de-
cretalibus: quia poſt titulum de
furtis, eſt ſituatus titulus de vſu
119 ris immediatè. * & dicit Abba.
ibi in cõtinuatione rubricæ, ꝙ
vſura eſt ſpecies rapinæ, & pro-
ptereà cõtinuatur cum rubrica
120 de furtis. ¶ * Et dicit Ioã. And.
in ca. peccatum. de regu. iur. lib.
vj. quòd nõ reperitur maius ma
lum, quàm ſit vſura. & idem te-
net Io. de Ana. in capitulo j. ĩ fi.
de vſur. vnde ſequitur cõſequẽ-
tia neceſſaria, quòd ſi eſt crimẽ,
debet aliqua cõdigna pœna pu-
niri: quia ſi nõ puniretur, eſſet
contra publicam vtilitatem, &
ĩpunitas pareret auſum ad ma-
ius malum & delicti multiplica
121 tionem, vt inquit Senc. ¶ * Sex-
tò adducitur: quia omnis ille,
qui delinquit cõtra præceptum
legis, debet puniri pœna arbi-
traria, quãdo lex nõ ſtatuit aliã
pœnam certam. gloſſa eſt & ibi
Bart. in l. nemo martyres. C. de
ſacroſan. eccle. & gloſſa in cle.
ij. in fin. in verſicu. ſanctioni. de
vita & ho. cle. & Alexã. in addi.
ad Bart. in l. hodie. ff. de pœnis.
vbi dicit, quòd venire cõtra præ
ceptum legis, eſt pœna arbitra-
ria: ſed certum eſt, quòd cõmit-
tere vſuras, eſt facere cõtra præ-
ceptum legis. quia omnĩ iure
ſunt prohibitæ, vt not. do. in ru-
bri. C. & extrà de vſur. ergo de-
bet vſurarius puniri pœna ar-
bitraria: quia venit cõtra præce-
ptum legis, per prædicta. & no.
Bar. in l. legis virtus. ff. de legi.
& habetur per Abb. Fely. & do-
cto. in cap. ij. de maio. & obedi.
122 ¶ * Septimò adducitur: quia
quãdo caſus eſt dubius, & ſunt
opiniones hincinde, debemus
ſequi in dubio illã opi. quæ ma
gis fauet publicę vtilitati, & ma
gis cohæret regulis iuris com-
munis, vt no. Bar. & doc. in l. j. in
prin. ff. ſol. mat, & eſt tex. & ibi
Bar. in l. j. §. fi. C. de cad. tol. Pro
hoc eſt tex. formalis, ĩ lege, hoc
modo. ff. de cõdi. & demon. ſed
hic ſtantibus iſtis duabus opi.
contrariis, magis fauet publicæ
vtilitati iſta opi. quæ tendit ad
puniendum delicta pœna con-
digna, quàm alia opi. quæ indu
cit impunitatem, & auget mate
riam



riam delinquẽdi: ergo iſta opi.
eſt amplectẽda: quia magis ad-
hæret regulis iuris, quæ ſunt, vt
omnia crimina habeãt ſuas pœ
nas. l. ſancimus. C. de pœnis. & l.
ſi operis. eo. titu. & tantò magis
procederet hæc opi. hodie in re
gno, vbi iure municipali cõſti-
tutionum vſure criminaliter pu
niũtur. & ſic, quod deficit in pœ
na iudicis eccleſiaſtici, põt ſup
pleri per ſecularem: prout fuit
dictum ſuperius. & tenet Gemi.
in ca. primo. de vſu. lib. vj. Et ad
prædicta facit tex. in ca. ſtatui
mus. in fi. de maledi. vbi contra
blaſphemantes, ſtatuitur pœna
pecuniaria vltra alias pœnas ſpi
123 rituales. ¶ * Et retenta iſta par-
te, quæ videtur verior & magis
iuri conſona, nõ obſtãt, ea quæ
in contrarium adducebãtur: ma
ximè per Philip. Decium, in d.
ſuo conſi. clxx. Et primò, inquã-
tum dicit, quòd vſurarius petit
vſuras ex conuẽtione & volũta-
te partis promittẽtis. vnde non
debet dici in dolo, nec in crimi-
ne punibili: ex quo nullam iniu
riam facit volẽti: quia ad hoc
de facili reſpondetur: quia lex
prohibens vſuras, prohibet eas
recipi etiam à ſponte ſoluente:
quia is, qui ſoluit, nõ peccat: ſed
tamẽ is, q recipit vſuras. glo. eſt
in c. debitores. in verſi. redde-
re. de iureiur. vnde in materia
vſurarum, tota prohibitio legis
eſt in recipiẽte. vt in ca. conſu-
luit. de vſu. & ideò nõ conſide-
ratur voluntas ſoluentis: quia
ſiue ſoluat voluntariè, ſiue non,
ſemper peccat recipiens: & ve-
nit cõtra præceptũ legis. Vnde
meritò puniri debet: & tãtò ma
gis, quia ſemper preſumitur de-
124 bitor inuitus ſoluere. * nam
ſoluẽdo vſuras, videtur ſibi erue
re oculum, vt dicit glo. in l. j. ff.
de ſolu. & Bal. in l. indebitas. C.
de vſur. Sic in ſimili videmus in
quolibet actu à lege prohibito,
ꝙ nõ excuſat volũtas partium:
quin remaneat ꝓhibitio, & ſor-
tiatur pœna legalis ſuum effe-
ctum. l. nõ dubium. C. de legib.
Non enim excuſatur adulter, ſi
dicat ſe adulteraſſe mulierẽ vo-
lentem, quin habeat pœnam le
galem. Dato enim, ꝙ nõ offen-
dat proximum propter eius vo-
luntatem: tamẽ offendit rempu
blicam: quia attẽtat actum à iu-
125 re prohibitũ & pœnalẽ. ¶ * Nõ
obſtat d. c. cũ tu. de vſur. inquan-
tum fuit ponderatum in tribus
locis, vt ſuprà: quia totum illud
capitulũ loquitur de pœnis La-
teranenſis concilij, inductis ad
reſtitutionem vſurarũ, ciuiliter
tamẽ, vt patet ibi in prin. & il-
lud quod dicitur in d. verſi. illi
autem, ſcilicet, ꝙ ſi vſurarius eſt
pauper, non punitur, confirmat
hunc intellectum: quia ſi illæ
pœnæ ſunt inductæ ad cõpellen
dum vſurariũ ad ſatisfactionẽ,
ceſſante ſatisfactione propter
paupertatem, ceſſant etiam illæ
pœnæ. & ſimiliter facta reſtitu-
tione, ceſſant, vt dicitur ibi, in
fi. quia ceſſat peccatum, quo ad
Deum:

Deũ:& illæ pœnæ ſolùm reſpi-
ciunt animam & corruptionẽ
peccatoris: ſed quatenus fuit
offenſa reſpublica per patra-
tionem delicti & receptionem
vſurarũ, requiritur alia ſatisfa-
ctio per pœnam criminalem, vt
pluries fuit dictũ ſupius, vnde
quia illa nõ eſt naturalis pœna
delicti nec ſufficiens, ſed ſolùm
tendit in fauorẽ priuati, vt vſu-
ras acciperet: dicẽdum eſt poſſe
irrogari aliam pœnam ſufficiẽ-
tem arbitrariã: pro eo, quia fuit
cõtrauentum præceptis iuris di
uini & canonici pro ſatisfacti-
one reipublicę. lege licitatio. §.
quod illicitè .ff. de publica. &
per ea, quæ plenè dixi ſuprà, ꝙ
quando eſt actum ciuiliter de
delicto ad rei reſtitutionem põt
126 etiam agi criminaliter. ¶ *Ve
nio ad ſecundum dubium prin-
cipale huius quæſtio. ſcilicet, an
hodie in regno poſsit iudex in-
quirere ex officio contra vſura-
riũ, nemine accuſante. Et licet
per conſti. vſurariorũ, iſtud cri-
mẽ dicatur eſſe publicum, adeò
ꝙ quilibet de populo admitti-
tur ad accuſandum ſiue denun-
tiandùm, vt ibi habetur: tamen
hoc eſt correctum per ritũ ma-
gnæ curię in numero 14. qui in-
cipit, Itẽ quòd nullus laicus &c.
quo cauetur, non admitti quem
ad accuſandũ de aliquo crimi-
ne, niſi ſuam vel ſuorum iniuriã
proſequatur. itẽ hodie curia ſe-
cularis in regno non poſſet ex
officio inquirere de tali crimi-
ne, niſi interueniat accuſatio in
forma: adeò ꝙ non ſufficit ſola
denũtiatio, vt eſt alius ritus ma
gnæ curiæ, in num. xv. incipiẽs,
Itẽ quòd nullus admittatur. &c.
& ſic remanet concluſio, quòd
hodie in regno iudex ſecularis
non poteſt ex officio inquirere
de crimine vſurarũ, niſi appa-
reat accuſator: qui ſuã vel ſuorũ
iniuriam proſequatur. & ita te-
net Par. in tract. ſynd. in ver. in-
quiſitio. col. iij. verſ. & hodie in
127 regno ſunt ſublatę, &c. ¶ *An
autem in crimine vſurarũ ſtan-
tibus indiciis poſsit deueniri
ad torturam, vide Socin. tenen
tem, quòd ſic. in conſ. ccxix. col.
fin. in ij. Vol. & Ioan. de Ana. in
c. quia in omnibus. colũ. xix. de
vſur. puto tamẽ, quòd in hoc re-
gno non poſsit dari tortura in
crimine vſurarũ: ex quo vbi ir-
rogatur pœna publicatiõis bo-
norũ, non irrogantur tormẽtæ:
quia nõ cẽſetur pœna vltra re-
legationẽ: per c. regni, quod in-
cipit, tormẽta. ita tenet Paris in
tract. ſyndi. in verſi. tortura. in c.
an in cauſa pecuniaria &c. ſed
pro crimine vſurarũ, eſt pœna
publicationis bonorũ: vt in cõ-
ſtit. vſurariorum. ergo &c.
128 SECVNDVS* caſus prin-
cipalis, in quo permittitur in-
quiri ex officio, eſt in omni de-
licto, quod committitur per cõ-
ſpirationẽ: vt quãdo plures cõ-
ſpirant ſeu coniurãt ad aliquod
malũ ſimul. tex. eſt: & ibi Bal. in
129 l. j. C. de monopolis. *Quæ au-
tem



tem ſit pœna iſtorum conſpirã-
tium ſeu facientium conuẽticu-
lã. Dic quòd diuerſæ pœnæ ſunt
ſtatutæ per diuerſas leges in iu-
re. Primò enim, eſt pœna exilij
& publicatiõis bonorum, quam
imponit d. l. j. C. de monopol.
Secundò, eſt text. in l. denuntia-
mus. C. de his, qui ad eccle. con-
fug. vbi imponitur pœna vlti-
mi ſupplicij. Tertiò, eſt text. in
ca. j. §. conuẽticulas. de pace iur.
fir. vbi ſinguli coniuratores pu-
niũtur ad vnã librã auri. Quar-
tò, eſt tex. iuncta glo. in l. qui il-
licitũ. ff. de colleg. illic. vbi im-
ponitur pœna legis Iuliæ maie
ſtatis. Quintò, eſt text. in l. ij. C.
de ſeditio. vbi imponitur pœna
grauiſsima: & ſic pœna mortis
contra iſtos ſeditioſos, turban-
tes publicam pacem: de quibus
etiã loquitur tex. in l. ſi quis ali-
quid. §. authores. ff. de pœnis. &
habetur in c. ſeditionarios. &
ibi Arch. xlvj. diſt. Sextò, eſt tex.
in l. aut facta. in princ. ff. de pœ-
nis. vbi non ſtatuitur certa pœ-
na contra coniuratores: ſed pu
niuntur pro qualitate delicti &
euẽtus: vnde innuit ille text. ꝙ
iſta ſit pœna arbitraria, & va-
riabilis, ſecundum delicti atro-
citatem. Et per illũ text. puto di
ſtingui debere omnes pœnas
prædictas, ſecundum facti acci-
130 dẽtiam & qualitatem. ¶ *Scias
tamen, quòd quãdoque iſtæ cõ-
uenticulæ ſunt licitæ: vt quãdo
fiunt ad bonum finem: & tũc nõ
puniuntur nec poſſunt inquiri.
imò tũc ſunt omni iure permiſ
ſæ: tex. eſt in c. ſanè. xvj. quæſtio-
ne ſeptima. & tenẽt Andreas de
Yſer. Bal. Aluarot. & Car. in. d. c.
primo. §. cõuenticulas. & Archi.
in. c. coniurationum. & c. ſi quis.
vndecima. q. j. & Pet. Phil. Cor.
in concilio ccxvj. in tertio vol.
& Ioã. de Ana. in rubr. extrà de
chiſma. colum. prima. in fine. In
dubio autẽ ſemper præſumitur
fieri ad malum, ex quo ſunt de
genere prohibitorum: ſecundũ
doct. in locis præalleg. & Archi.
in. c. illud. col. pen. xxiij. diſt. vbi
plus dicit, quòd etiam ſi contra
nocentẽ ſit cõſpiratum, ſemper
præſumitur ad malum. idem te
net Lucas de penna in l. magi-
ſtros. col. fi. C. de ꝓfeſ. & medi.
131 lib. x. ¶ *Tertius caſus eſt, quã-
do eſt vẽdita ancilla ſub pacto,
ne proſtituatur: aliâs ſit libera:
nam ſi emptor nõ obſeruat pa-
ctum, iudex inquirit ex officio
& facit illam exhiberi, vt perue
niat ad libertatẽ. Text. eſt & ibi
Bal. in. l. mulierẽ. C. ſi manci. ita
132 venie. ne ꝓſtituatur. ¶ *Quar-
tus caſus eſt in omni cauſa miſe
rabilium perſonarum: nam in
ea poteſt ex officio procedere,
etiã ad priuatã vtilitatẽ: ſecũdũ
Bald. in. d. l. mulierem. & Bar. in
l. iiij. §. hoc autem iudiciũ. col. j.
in v. opp. & ibi etiam Alexan. in
j. col. ff. de dam. infec. & Alex. in
l. j. colum. j. ff. de iur. omn. iudic.
& Bal in. c. primo. §. iniuria. col.
penult. de pace iur. fir. & Abb. in
c. ad noſtrã. columna ij. in fi. el
ij. de

el.ij.de iureiu.Pro hoc eſt text.
in l.nec quicquã. §. aduocatos.
ff.de offic.procon. vbi iudex ex
officio poteſt dare aduocatos
miſerabilibus perſonis. Quod
corroboratur ex his, quæ habẽ-
tur in.c.regni.quod incipit, ne
tuorum.& alio,quod incipit, ſi
temporum. vbi datur poteſtas
iudicibus inquirendi pro iniu-
ria illata pupillo & viduæ:& ſic
miſerabilibus perſonis. verùm
illæ ſunt literæ arbitrales. ta-
men hoc eſt cautum etiam iure
133 communi:per prædicta. *Hoc
ſanè intellige, quãdo ſumus in
pupillo & vidua paupere: quia
tunc numerantur inter perſo-
nas miſerabiles: aliàs ſecus. ita
tenet Abb. & ibi etiã Barba. in
addi.in c.ſignificãtibus. de offi.
134 deleg.¶ *Quintus caſus eſt in
his,quæ notoriè liquent iudici
ex actis. nam in his poteſt in-
quirere & ſupplere etiã parte
non petente: ſecundum Alexã.
in.l.j.C.vt quæ deſunt aduo. &
per docto.in c. ſignificauerunt.
de teſti.& not.Felyn.in c. ex te-
nore.colum.fi. de reſcrip. & eſt
text.cum gloſ.in l.ij.§.fin.C.de
tempo.app.& gloſ.in l.filius.§.
135 veterani.ff.de procurat.¶ *Se-
xtus caſus eſt.ĩ omni cauſa pia:
poteſt iudex tam eccleſiaſti-
cus,quàm ſecularis inquirere et
procedere ex officio in cauſis
pijs,& eccleſiarum. nam etiam
pro iuribus eccleſiæ poteſt iu-
dex inquirere:& generaliter in
omnibus cauſis cõcernentibus
periculum animæ:vt ſuper pœ-
nitentia imponenda, poteſt iu-
dex inquirere : & vt euitetur
peccatum. ita hæc omnia tenet
Abb.in c.ad noſtrã.el.ij.colũ.ij.
de iureiu.& not.Bald.in d.l.mu
lierem.C.ſi manci.ita venie. ne
proſti.& habẽtur in.c.j.de offic.
136 ordin. ¶*Septimus caſus eſt,
quando epiſcopus habet ſuſpi-
cionem de parentela inter con-
iuges : quia poteſt iudex eccle-
ſiaſticus inquirere de impedi-
mẽto quolibet matrimonij ad
faciendum ipſum ſeparari. tex.
eſt in c.porrò.in fin.& ibi Abb.
de diuor.& not.glo.in c.j.verſi.
canones.de offi.ordi.& Abb. in
d.c.ad materiam.el ij. col.ij. &
habentur in c. epiſcopus.in ſi-
137 nod.xxxv.q.vj.¶* Octauus ca-
ſus eſt:nam poteſt iudex ex of-
ficio inquirere de iuribus prin-
cipis.tex.eſt in l.pe.& fin. C. de
bo.vacan.lib.x.& Abb.in.d.c.ad
noſtram.el.ij. col.ij. de iureiur.
& tex.ĩ l.ſi quis intra.C. de bo.
138 proſcrip.* ſic etiam de omni
pecunia fiſco applicãda, inqui-
rit ex officio:ſecundum Bart.in
l.ſi quis reum.in fi.ff. de cuſto.
reo.& Bar.& Alexand.in.l.ij.§.
139 Senatus.ff.de iure fiſci.¶*No-
nus caſus eſt : nam iudex pro-
pter magnum ſcandalum eui-
tãdum,poteſt ex officio inqui-
rere & prohibere, ne ſcanda-
lum committatur abſque accu-
ſatore.ita tenet Cyn.in.l.j.in fi.
C.de monopol.& Bal in.l. mu-
lierem.C.ſi manci.ita venie. ne
proſtit.



140 proſtit.¶ * Decimus caſus eſt:
poteſt iudex generaliter inqui-
rere in prouincia vel ciuitate,
quam regit, cõtra omnes male-
factores:vt purget ipſam malis
hominibus pro quiete publica.
tex.eſt in l.iij.& l.cõgruit.ff.de
141 offi.præſid.¶* Vndecimò, in-
quirit iudex ex officio de omni
crimine & iniuria commiſſa
cõtra eccleſias & eccleſiaſticas
perſonas : & ſimiliter de omni
crimine commiſſo in eccleſia.
tex.eſt & ibi Bal.in lege,ſi quis
in hoc genus.C.de epiſc.& cler.
142 *Vnde in omni crimine ſacri-
legij inquiri põt ex officio : per
dictum tex.nam omnis iniuria
facta in clericum,dicitur publi-
cum crimen:& quilibet poteſt
accuſare:& iudex ex officio in-
quirere:ſecundum Bart.in d.l.ſi
quis in hoc genus.& Iaſo.in l.
prouinciali.§.fin.ff.de oper.no.
143 nun. * nam iniuria facta cleri
co,dicitur facta Deo,& totã ec-
cleſiam tãgit:ſecundum glo.in
c.nonnulli.iij.q.j.& habetur in
c.accuſatio.ij. quæſtio.vij.& eſt
tex.& ibi Abb.in c.ij.de for.cõ-
pe.& Abba.in c.cùm ſit genera
144 le.col.ij.eo.tit.*vnde patet ex
prędictis,quòd etiã de blaſphe-
mia Dei poteſt inquiri:& quili-
bet accuſare : quia illa eſt vera
offenſio in Deum:vt not.Bar.in
l.j.col.ij.ff.de publ.iudic.tex.in
authen.vt nõ luxuriẽtur &c.per
totum.& in authen.alearũ vſus.
145 C.de relig.¶*Duodecimò,in-
quirit iudex,quando hęres fecit
inuentariũ:& creditores dicunt
plus eſſe in bonis, quàm ſit de-
ſcriptum in inuẽtario:nam po-
teſt iudex inſtantibus creditori
bus inquirere & accipere pro-
bationes de domo hęredis,tor-
quendo etiã ſeruos hęredis.tex.
eſt,& ibi per doct.in l.fi.§.licen
tia.el ij.C.de iure delib. Verùm
iſta inquiſitio non eſt ex mero
officio:quia fit ad inſtantiã cre-
146 ditorũ:vt ibi. ¶ * Decimoter-
tiò,inquirit iudex in cauſa nau-
fragij,& in omnibus cauſis de-
pendentibus à naufragio:& cõ-
tra ſurripiẽtes bona naufrago-
rũ,& inquiſitio talis ſit leuato
velo & ſummariè.text.eſt,& ibi
per doctor.in l.quotiens.& l.de
ſubmerſis.C.de naufrag.lib.xj.
147 ¶ * Decimoquartò inquirit
iudex ex officio,etiam nemine
accuſante cõtra tutorem ſuſpe-
ctum:& poteſt ipſum ex officio
remouere,ſi ſuſpectum inuene-
rit,text.eſt & ibi Bart.in l.iij.§.
prætereà.ff.de ſuſpe.tuto.& põt
in iſta inquiſitione ſe informa-
re per depoſitionem ſeruorum
pupilli l.fi.in princi.ff.de ſuſpe.
tut.& iſte eſt caſus ſpecialis fa-
uore pupilli : in quo iudex in-
quirit ad priuatã vtilitatẽ,vt d.
§.prætereà.quia regulariter eſt
cõtrarium.ſcilicet quòd ad pri-
uatam vtilitatẽ inquiri non po
teſt:ſecundum Bar.& ibi Ange.
in trac.male.in ver.incẽdiario.
col.ij.& no.doct.in c.exhibita.
de iud.& fuit dictũ ſuprà in præ
cedẽti chartã.ver.decimò prin-
cipa

cipaliter,&c. &Bar.in l.ſi vacan
148 tia.C.de bo.vacã.li.x.¶*De-
cimoquintò, inquirit iudex ex
officio contra producentẽ ſcri-
pturam falſam, vel ſuſpectã in
iudicio: & poteſt ipſum punire
ex ſola ſuſpiciõe ſcripturæ:niſi
probet illam eſſe veram.tex.eſt
& ibi Bal.& Sali. in l.iubemus.
C.de probat.& dicit Bal. in l.fi.
149 *ꝙ ſcriptura redditur ſuſpecta
eo ipſo,ꝙ habet aliquã raſuram
in loco ſuſpecto: & nota vnum
bonum caſum, qui millies eue
nit in iudicio: ꝙ iudex põt pu-
nire de falſo producentem ſcri
pturam ſuſpectam:licet nõ cla-
rè probetur, ꝙ ſit falſa: & hoc
eſt ſpeciale: quia in alijs crimi
nibus debent eſſe probationes
luce clariores.l.fin.C.de proba.
Hic autẽ ſola ſuſpicio transfun
dit onus probandi contrarium,
in ipſum producẽtẽ:& ſuſpicio
pro veritate habetur. ita dicit
Lucas de pen.in l.ſi vacãtia.col.
ij.ver.eſt etiam in eo aliud ſpe-
ciale.&c. C.de bon.vaca.libr.x
150 ¶*Decimoſextò, inquirit iu-
dex incidenter cõtra teſtes de-
ponẽtes falſum,vel vacillãtes in
iudicio:&poteſt illos ex officio
punire.text.eſt & ibi Bal.& do-
cto. in l.nullum.C.de teſti.& in
c.ſuper his.de pœnis.& no.Bar.
in l.iij.§.prætereà.ff. de ſuſpec.
tuto.& idem eſſet in producen-
te falſos teſtes. quòd poſsit pu-
niri ex officio: per ea,quæ dixi
in verſi.precedẽti. de producen
te falſam ſcripturã. & ꝑ ea que
151 dicã infra proximo ver.¶*De-
cimoſeptimò,inquirit iudex ex
officio generaliter de omni de-
licto commiſſo coram ſe,vel in
iudicio incidenter,dum ipſe co
gnoſcit de aliqua principali
cauſa:hoc enim operatur conti
nẽtia cauſæ.ita dicit Bal.in d.l.
iubemus.col.ij.in fi.ver.v.C.de
prob.& Bar. in d.l.iij.§.præter-
eà.& probatur in d.l.nullum.&
not.Bar.in l.ij.§. ſi publico.col.
iij.verſ.quarta regula, &c. ff.de
adulte. & in l.ſi qua pœna.ff.de
152 ver.ſign.¶*Decimooctauò,in-
quirit iudex de iuribus eccleſię:
& de beneficio eccleſiaſtico:
quia poteſt inquirere cõtra poſ-
ſeſſorẽ beneficij: vt doceat quo
titulo poſsidet:& ſimiliter con
tra poſſeſſorem alterius rei ec
cleſiaſticæ. Ita tenet Inno.in.c.
ad noſtrã.el ij.de iureiu &.Bal.
in l.ciuile.C.de fur. &Bal.in. l.
ſancimus.C.de ſacroſan.eccleſ.
& Bal.ĩ l.cogi.col.ij.C.de petit.
hęred.& in l.ij.C. quo.& quan-
do iud.& no.gl.& doct.ĩ.c.j. de
reg.iur.lib.vj.& poteſt excõmu
nicare.c.dilecto. de ſen.excom.
153 li.vj.¶*Decimononò,inquirit
iudex in omnibus caſibus,in q-
bus accuſator nõ probãs, excu-
ſatur à præſumpta calũnia:q nu
merãtur per gl.in.l.athletas. §.
calũniator. ff. de his q not.inf.
ita dicit Bar.in.d.§. calũniator.
154 ¶*Vigeſimò,inqrit iudex ec-
cleſiaſticus cõtra tenẽtes bona,
quę debẽt diſtribui pauperibus:
vel ad alias pias cãs:ſcdm Bar. ĩ
d.l.



d.l.ſi vacantia.& facit hoc cõtra
hæredes non adimplentes lega
ta pia:iuxta not.in auth.hoc am
plius.C.de fideicommiſſ.& Bar.
in l.nec quicquã §.fin.ff.de offi.
procõſu.& in l.ſeruo alieno. in
princip.ff.de leg.j.& Barto.in l.
Quintus.ff.de an.leg.& in l.ſer
155 uos.ff.de ali.lega.¶* Vigeſimo
primò,inquirit iudex ex officio
de probitate vitæ,de idoneitate
& moribus alicuius eligẽdis,ꝓ-
mouendi, vel ordinandi.Item,
quando viſitat epiſcopus eccle-
ſias,facit huiuſmodi inquiſitio-
nes cõtra clericos: prout de his
dixi ſuprà,circa principiũ huius
ſextę partis.verſ. quarto modo.
156 & verſ.ſequenti. ¶*Vigeſimo-
ſecundò,inquirit iudex de om-
ni crimine,vbi interuenit accu-
ſator,qui colludit ſeu pręuarica
tur.text.eſt in l. fallaciter.C.de
aboli.per quem ita tenet Bal.in
d.l.iubemus.col.j C.de ꝓba. &
vide quod dicam infrà.ver. xlij.
157 ¶*Vigeſimotertiò,inquirit iu-
dex contra calumniatorẽ etiam
nemine accuſante. ita declarat
Bart.in l.j.colu.j.ad Turpili. &
ibi ꝓpriè eſt text. in §.j.& ratio
eſt, quã ſuprà dixi, ſcilicet quia
iſtud dictum calumniæ commit
titur corã iudice. Vnde meritò
iudex inqrit:vt dixi ſuprà, verſ.
xvj.& xvij.& ita dicit Bar.in d.l.
j.col.j.& tãgunt Bald.& doc.in
l.j.C.de Calũ.& Bart.in l.ij.§. ſi
publico.ff.de adult.col.iij. verſ.
158 quarta regula, &c. ¶*Vigeſi-
moquartò,inquirit iudex. pro-
pter incidẽtem quæſtionẽ vbi-
cunq; enim incidenter cogno-
uit de crimine, poteſt de illo in
quirere.tex.eſt in l.pen.C.ſi ad-
uer.liber per quẽ ita tenet Bar.
in d.§.ſi publico.col.ij.in fi.ver.
ſecũda regula,&c. & vide omni
no Bal.in l.quod euitandi.C.de
159 cõdi.ob tur.cauſam.¶*Vigeſi-
moquintò,inquirit iudex ex of-
ficio de iniuria facta ſcholari,&
in iſto caſu eſt ſpeciale, quòd iu
dex ſine accuſatore inquirat de
priuato crimine. ita tenet Bal.ĩ
authẽti.habita. col.vj. ſequitur
verſic.aliàs ſcituris,&c.C.ne fil.
pro pa.vbi plus dicit,quòd ſolus
rector ciuitatis vel ꝓuinciæ in-
quirit,non autẽ epiſcopus, nec
160 doctor legens. ¶* Vigeſimo-
ſextò, inquirit iudex de delicto
commiſſo per ſuum officialem
in officio,& tunc indiſtinctè in
quirit.Si verò extra officium de
liquit,tunc inquirit ita demum
ſi eſt notorium,& non aliter, ſe
cundum Bar.in l.ſi quis fortè.§.
j.ff.de pœnis.& vide text. cũ ibi
not.per doct.in l.ij.C.de ſpor.&
quod not.Barto.in l Senatus.ff.
161 de offic.præſid. ¶ * Vigeſimo-
ſeptimò,inquirit iudex cõtra fa
ciente iniuriam ſuis officialibꝰ
vel famulis: dũmodo crimẽ ſit
notorium,aliàs ſecus:quia eſſet
ſuſpectus: ſed notorietas facit
ceſſare ſuſpicionem, ſecundum
Bart.in dicta l.ſi quis fortè. §.j.
162 ff.de pœnis.¶*Vigeſimoocta-
uò, inquirit iudex de omni cri-
mine notorio.tex.eſt,& ibi ple-

nè Bal.& Saly.in l.ea quidē. C.
de accuſa. & Andre.de Yſer. in
conſtituit. humanitate. colū.ij.
& habetur in l.j.C.de cuſto.reo.
163 ¶*Vigeſimononò,inquirit iu
dex ſpecialiter de omni crimi-
ne ſup quo prçceſſit, primò in-
quiſitio generalis ad inuenien-
dos malefactores, & purgandā
prouinciam malis hominibus:
iuxta l.cōgruit.ff.de offic.præſi.
nam illa inquiſitio,dicitur præ-
paratoria ad ſpecialem,& fru-
ſtra fieret,niſi contra maleficos
repertos deueniretur poſteà ad
particularem inquiſitionem.ita
dicit Bal.in l. iubemus. colū.ij.
verſic.& eſt ſciendum,&c. C.de
probat. & Bald.in l.ea quidem.
colum.vij.verſi.iij.&c. C.de ac-
cuſ.& Barto.in l.ij.§.ſi publico.
colū.iij. in princ. verſi.iij.regu-
la,&c.ff.de adul.prohoc eſt tex.
in l. iiij §.mādatis.ff. ad legem
Iulia.pecul.& Bal. in l.cōgruit.
in j.lect.& Abb. in cap.bonæ.el
prima.col.ij.in vj.not.de elect.
& prædicta declara & limita,vt
164 infrà.ver.xxxvj.¶*Trigeſimò,
inquirit iudex de inimicitiis &
guerris,quæ vigēt in ciuitate in
ter particulares ciues:ex quibus
poteſt turbari reſpublica,& de
ueniri ad arma.nam tuncpoteſt
iudex compellere partes ad pa-
cem ex ſuo officio,ſecundū Bar
tol.in l.congruit.in fi.ff.de offi.
præſidis.& Bald.in l. cùm affir-
m[illegible]s.C.de liber.cauſa.Et de hac
materia, quando iudex poſſet
compellere partes ad concor
diam in ciuili vel criminali cau
ſa,vide Bald.& Moder.in l.qui-
dam æſtimauerūt ff. ſi cert. pet.
& Bal.in l.ex ſtipulatione.C.de
ſenten.& prædictis adde text.in
l.j.§.quies.ff.de offi.præf.vr. &
Alexan.& Pau.de Caſtr.& doct.
in l.q bona.§.ſi quis iuxta.ff. de
165 dam.infe.¶*Trigeſimoprimò,
inquirit iudex cōtra filium, qui
impias manus in patrē vel ma-
trem iniecit, vel ſi ipſos paren-
tes cōtumeliis affecit: quia tale
delictū vindicari ſpectat ad pu-
blicam vtilitatem. tex.eſt in l.j.
§.ſi fili⁹.ff.de obſequiis à liber.
166 pat.præſtan. ¶*Trigeſimoſe-
cundò,inquirit iudex contra cu
ſtodem carceris: qui pretio cor-
ruptus, dimiſit carceratum ſine
vinculis, vt fugere poſſit: vel
paſſus fuit introduci ferrū, vel
venenum in carcerē.tex.eſt,in l.
167 carceri.ff.de cuſto.reo.¶*Tri-
geſimotertiò,inquirit iudex cō
tra lenones:qui nituntur mulie
res ad luxuriā allicere, & dicun
tur deuaſtatores caſtitatis.vnde
iudex poteſt illos de ciuitate ex
pellere & punire:vt in authēti.
de leno.§.ſancimus.& ibi Ang.
vbi plus dicit,quòd is, qui deci
pit mulierem cū promiſſione
pecuniç,& ſub tali promiſſione
vel datione ipſam adulterat: pu
nitur pœna ſtatuti loquentis de
adulterante inuitam mulierē.
Nam inuita dicitur mulier,quç
decipitur ſub auri promiſſiōe.
168 ¶*Trigeſimoquartò,inquirit
iudex de crimine lenocinij ſine
accu



accuſatore:p tex.in l.ij.§.ſi pu-
169 blico.ff.de adulter.*nam iſtud
crimen reputatur maius adulte-
rio, ſecundum Angel.in tracta.
male in verſic. *che me hai adulte-*
170 *rato,&c.* in fin.*ſed pulchrum
dubium eſt,an de crimine adul-
terij poſſit inquiri ex officio ne
mine accuſante.Ang.in d.verſi.
*che me hai adulterato,&c.*] colū.
iij.verſicu.quæro, an de adulte-
rio,&c.tenet quòd ſic,ex quo eſt
crimē publicum:per dictum §.
ſi publico.Cōtrarium dicitur in
deciſio.clxxvj.conſi.Neapol.vbi
dicitur, quòd de adulterio non
inquiritur ex officio: niſi quan-
do eſſet notorium. & hāc opin.
tenet Matth.de afflic.in conſtit.
legum aſperitate.col.iiij.vbi di-
ſtinguit,Aut præceſſit accuſatio
mariti vel alterius,&poſteà de-
ſiſtit: & tunc iudex inquirit.aut
nulla accuſatio præceſſit:& non
poteſt inquirere,ne habeat fœ-
dare cōnubia matrimonij:iuxta
l. conſtante. ff. de adulteri. & l.
quanuis adulterij.C.de adul.ve-
rùm in regno eſt litera arbitra-
lis,quæ incipit,Ne tuorum. qua
cauetur, quòd iudex poteſt in-
quirere de omnibus criminibus
irrogantibus pœnam mortis na
turalis vel ciuilis,vel mēbri ab-
ſciſsionis. vnde is, qui haberet
cōceſsionem literarum arbitra-
lium, poſſet in regno inquirere
de crimine adulterij: cùm pro
eo ſit pœna mortis:vt d.l. quan-
uis adulterij in fi.& not.And.de
Yſer.in d.conſti.legū aſperitate.
171 ¶*Trigeſimoquintò, inquirit
iudex de omni crimine, in quo
quis reperitur in flagranti per
officiales curiæ:puta in actu de-
linquēdi,ita tenet And.de Yſer.
in conſti.regni,quæ incipit,hu-
172 manitate.col.ij.& iij.¶*Trige
ſimo ſextò,inquirit iudex gene-
raliter in regno cōtra homines
malæ vitę:vt dixi ſuprà verſic.x.
& xxix.hoc addito,quòd de iure
173 conſtitutionum regni,*quan-
do venit iudex in prouincia vel
ciuitate, poteſt facere edictum,
quòd omnes qui ſentiunt ſe of-
fenſos, debeant comparere co-
ram eo infra talem terminū ad
querelādum,& ſimiliter omnes
teſtes,qui habent aliquam noti-
tiam de crimine alicuius, & de
mala vita alicuius, compareant
ad deponendum teſtimoniū ve-
ritatis cum cōminatione, quòd
elapſo termino non audientur:
174 *& iſta inquiſitio generalis po
teſt fieri,quotiens iudici placue-
rit,& per eam deuenit poſteà ad
ſpecialem:vt dixi ſuprà.verſicu.
xxix.Ita hęc omnia traduntur in
conſti.inquiſitiones.& conſtitu.
ſeq.quæ incipit,hi,qui. verū per
capitula regni eſt nouiter pro-
uiſum, q iſtæ inquiſitiones ge-
nerales non fiant, niſi ſemel in
anno: & quòd non deſcendatur
poſteà ad ſpeciales, niſi in caſi-
bus,de quibus licitum eſt inqui
ri de iure,& niſi ex mādato prin
cipis in aliis nō permiſsis. & de
hoc eſt capitulū regni, per quod
datur optima limitatio ad mate
riam

riam l.congruit.ff.de offic.præ-
ſidis.& ad ea,quæ dixi ſuprà.in
verſic.xxix.ſcilicet,quòd non ad
omnia crimina eſt prçparatoria
inquiſitio generalis.nam ſi per
inquiſitionem generalem inue
niretur quis in tali delicto , de
quo non poteſt de iure inquiri:
nihil prodeſt dicta inquiſitio:
quia non erit ſufficiens ad deue
niẽdum ad ſpecialem:quia aliâs
de facili fieret fraus legi, & de
omni leui crimine poſſet inqui
ri faciẽdo primò generalem in-
quiſitionẽ,prout hoc etiam dixi
ſuprà,in tertio requiſito.ad in-
quiſitionẽ,in octaua limitatio-
175 ne,ĩ fi.¶ *Trigeſimoſeptimò,
inquirit iudex de crimine læſæ
maieſtatis perpetrato cõtra per-
ſonam principis vel ſuorum col
lateralium.Text.eſt in conſtitu.
hi,q.§.de ſpecialibus.& hoc eſt
etiam ꝓuiſum de iure cõmuni
per extrauag.ad reprimendam.
176 ¶*Trigeſimooctauò , inquirit
iudex ſine accuſatore contra fa-
moſos latrones & fures,aggreſ
ſores ſtratarum,latitantes in ſyl
uis,& alios ſimiles·& ipſos pu-
nit ſine ordine iudiciario:vt d.
conſt.regni,quæ incipit,iuſtitia
rij non per calẽdas.& eſt etiam
prouiſum de iure cõmuni, per
l.capitaliũ.§.famoſos.& §.graſ
ſatores.ff.de pœnis.& l.conſtitu
177 tiones.ff.de appel ¶*Trigeſi-
mononò,inquirit iudex contra
inobedientes & turbãtes ſuam
iuriſdictionem,& contra rebel
les & contumaces ad pœnas le-
gitimas,& mulctas imponẽdas:
vt probatur in l.ſecunda. C.de
ſpor.& in l.prima, per totã.ff.ſi
quis ius di.non obtemperauer.
& per Bald.in dicta l.iubemus.
columna ſecunda.in fin.verſicu.
ſexto.C.de probatio.& habetur
plenè in conſtit.pœnam eorum.
& ibi per Andræam deYſer.in l.
eos.C.de modo mul.& in toto
tit.ff.de requiren.reis.& in l.ad
178 dictos.C.de epiſ aud.¶*Qua-
drageſimò,inquirit iudex con-
tra ſocios criminis in caſibus,in
quibus licita eſt interrogatio de
ſociis,qui numerantur per glo.
in l.fin.in fi.C.de accuſ.ita dicit
Andr.de Yſer.in d.cõſti.hi,qui.
179 ¶ * Quadrageſimoprimo , in-
quirit iudex de homicidiis &
damnis clandeſtinis,vbi nullus
accuſator apparet.& hoc eſt no-
uiter prouiſum per duas cõſtit.
regni,videlicet,per conſtitu.ſu-
per inciſionibus.& conſt.ſi dam
na.& ibi per Andræ.de Yſer.&
ſunt duo capitula regni : vnum
videlicet,in numero 24.& inci-
pit,clandeſtinis aliud in nume-
ro 155. & incipit , conſtitutionẽ
diui patris.Eſt etiam aliud capi-
tulum regni limitans, & decla-
rans,quãdo habet locum pœna
homicidij clandeſtini,in nume-
ro 114.& incipit, itẽ ſtatuimus,
quòd pœna,&c.quo cauetur di-
ctam pœnam tunc habere locũ,
quando homo reperitur mor-
tuus:ſecus,ſi reperitur viuus, li-
180 cet vulneratus.¶*Quadrage-
ſimoſecundò,inquirit iudex de
omni



omni crimine,in quo ĩteruenit
accuſator,& pẽdente accuſatio-
ne in iudiciũ deducta, moritur:
nam iudex proſequitur ex offi-
cio,ne delicta remaneant impu
nita.ita tenet Bar.in l.iij.§.j.co.
fi.ff.de li.agno. ꝑ l.defuncto.ff.
de pub.iudi.& l.penult.in prin.
& ibi Bar.eod.titu.& tenet Bar.
in ſimili de accuſatore abſente
in l.inter accuſatorẽ.ff.de publ.
iudic.& habetur in ca.j.& ij.de
coll.deteg.& hîc potes cumula-
re omnia,quæ dixi ſuprâ de ac-
cuſatore deſiſtẽte:vel colludẽte,
vel tranſigente:& de aliis quàm
pluribus,quæ plenè cumulaui s̃.
in viij.requiſito ad ĩquiſitionẽ,
181 cum ſuis fallẽtiis.¶ * Quadra-
geſimotertio,inquirit iudex ſu-
per neceſsitate ciuitatis & ciuiũ
ſubditorũ:maxime tempore ca-
riſtiæ & neceſsitatis,compellen
do dominos ad vẽdendum fru-
mentum & annonam iuſto pre-
tio.l.j.§.fi.ff.de offic.præfect.vr.
& ibi Bart.& tradunt Moder.in
l.nec emere.C. de iure deli.non
tamen poteſt cõpellere illos , q
habent frumentũ ſolùm pro vi
ctu ſuo:quia ordinaria charitas,
ĩcipit à ſeipſo.l.præſes.C.de ſer
uitut.& aqua.ita dicit Andræ.de
Yſer. in proœ.conſtit. col.j.vbi
allegat illud in Euang.Matthçi,
Ne fortè non ſufficiat nobis &
vobis,ite potius ad vẽdentes, &
182 emite vobis,&c.¶*Quadrage
ſimoquartò,inquirit iudex con-
tra aduocatos & procuratores
calumnioſos & tumultuoſos, &
malè ſe verſantes in eorum offi
cio,vel ſi ſunt infames.nam po-
teſt illis interdicere,ne poſtulẽt
& procurent.& poteſt eis prohi
bere omnes actus forenſes:vt d.
l.j.§.fi.ff.de offi.præfect.vr.& in
l.moris in princ.& §.j.ff.de pœ
nis.& l.j.§.remouet.ff de poſtu.
& l.quos prohibet.eodem titu.
183 ¶* Quadrageſimoquintò , in-
quirit iudex de defenſiõibus rei
in criminalibus ex ſuo officio:
etiam ſi reus non defendat , po-
teſt,imò tenetur iudex perqui-
rere ſuas defenſiones ex officio,
ad innocentiam ſuam proban-
dam.tex.eſt & ibi Bart.in l.ſi nõ
defendãtur.ff.de pœnis.& Bart.
in l.j.§.fi.ff.de queſtio.& ĩ l.iiij.
§.hoc autem iudicium.col.pen.
ff.de dam.infect.& plenè in ſua
diſputatione,quæ incipit, iudex
184 maleficiorum,&c.¶*Quadra-
geſimoſextò,inquirit iudex ſup
plendo de facto,& teſtes produ-
cẽdo in omnibns caſibus,in qui
bus poteſt procedere ad diffini-
tiuam ſententiam contra abſen
tem,ſiue in ciuilibus,ſiue in cri
minalibus,ſecundum Bartol.in
authenti.qui ſemel colum j.per
illum text.C.quomodo & quã-
do iudic.& in l.ampliorẽ.C.de
appell.& Bar.plenè in d.l.iiij.§.
hoc autem.in iij.q.j.ff.de damn.
infect.Ex quo infero,quòd cùm
hodie in regno non requiratur
litis conteſtatio in cauſis ciuili-
bus:quia reo citato contumace,
proceditur inſtãte actore ad da-
tionẽ termini probatorii in con

tumaciam,& proceditur ad dif-
finitiuam etiam contra abſentē
vt dictat regia pragm.quæ inci
pit,Relatione.ſequirur,quòd in
omnibus cauſis ciuilibus abſen
te reo poteſt iudex ſupplere de
facto,& ex ſuo officio inquirere
probatiões rei abſentis,& illas
producere: vt veritatem inqui-
rat tā in cauſa principali, quàm
appellationis.text.eſt in d.auth.
qui ſemel.ibi, veritare perquiſi-
ta,&c.& in dicta l. ampliorē. in
princ.iuncta glo.in verſic.adim-
plere.& not.pulchrè Barto.in d.
§.hoc autem.in tertia queſtione
principali.& Abb.in capitu. cau
ſam.colum. fi.de dolo & contu.
Quod nota perpetuò, quia pau-
ci aduertunt & per hoc poſſes
ſaluare iudicē, vt nō poſsit alle-
gari ſuſpectus, quando nimis fa
ueret reo in caſu prædicto, quia
185 lege permittēte facit.¶* Qua-
drageſimoſeptimò, inquirit iu-
dex de crimine falſæ monetæ,
etiā nemine accuſante. l.j.C.de
186 fal.mone. & * hodie in regno
eſt prouiſum,quòd iſti cudentes
falſam monetam, damnētur ad
vltimum ſupplicium & publica
tionem bonorum: per conſtitu-
tinem,quæ incipit,adulterinā &
per capitulum regni,in numero
29. qood incipit, vt quæ, &c.
187 ¶* Quadrageſimooctauò, in-
quirit iudex de crimine hæreſis
ad inſtar criminis læſæ maieſta-
tis.& de hoc eſt prima conſtitu-
tio regni,quæ incipit,inconſuti
lem.& imponit pœnam combu
ſtionis,& ſic vltimi ſupplicij, &
publicationis bonorū.& de ma
teria inquiſitionis ſuper tali cri
mine,eſt pleniſsimè tractatū in
libro decretalium & ſexti,in ti-
tulo de hæreticis:quia hoc dici-
tur crimē eccleſiaſticum & ſpe-
188 ctat ad forū eccleſiæ.¶* Qua-
drageſimononò, inquirit iudex
ex officio,etiam in cauſis ciuili-
bus,partes interrogando,quan-
do æquum ſibi videtur: iuxta l.
vbicunque.ff.de inter.ac ſimili-
ter teſtes obſcurè deponētes po
teſt repetere ex officio:vt habe-
tur in ca.cùm clamor.de teſti.&
in c.cùm Ioannes.& ibi Abb.&
Fely.de fide inſtrumen.ita dicit
Bar.in d.l.iiij.§.hoc autē.in iij.
quæſt.principali.ff.de dam.infe.
& ibi etiam Alex.& no.glo.in §.
illud tamē.in authenti.de teſti.
189 ¶*Quinquageſimò, inquirit
iudex de veritate inſtrumenti
producti in iudicio.text.eſt,iun-
cta glo.& ibi Bar.& Ang.in au-
then.de tabel.in princip.& not.
Bar.in d.§.hoc autem.in iij.q.in
190 fin.¶*Quinquageſimoprimò,
inquirit iudex de conditione te
ſtis, qui coram eo producitur:
nam poteſt ab honeſtis perſo-
nis interrogare & inquirere de
conditione teſtis, & de inimici-
tia,& aliis defectibus:vt eſt glo.
in verſi.inimicitiæ.& ibi Bal.in
l.iij.in prin.ff.de teſti.& gloſ.in
verſicu.officij.in §.ſancimus.in
authen.de teſti.& gl.in l.j.§.cu-
ratores.ff.de magiſtra.conue.&
Barto.in d.l.iiij.§.hoc autem.in
iij.q.



iij.q.in fi. & Bart.in dicta ſua di
ſputatione incip. iudex malefi-
191 ciorū.co.iij.ver.iij.&c.¶*Quin
quageſimoſecundò, inquirit iu
dex ad denuntiationem ſibi fa-
ctam , per officialē deputatum
ad crimina deferendum:vt puta
quando vadunt officiales per-
quirendo luſores,portantes ar-
ma, & alios ſimiles delinquen
tes: nam ex quo reperiuntur in
flagrāti & notorio crimine, poſ
ſunt denuntiari iudici, & iudex
inquirit ad eorum denuntiam:
aliàs facit litem ſuam,ſecūdum
Bald.in l.iubemus.col.ij.verſic.
ij.C.deprobat.per l.fi.C.ne ſan.
baptiſ. iteret.de hoc eſt text.in
l.ab accuſatione.§.nuntiatores.
ff.ad Turpil.& not.plenè Bar.in
l.diu⁹.ff.de cuſto.reo.vbi plenè
tangit de effectu iſtius denūtia
tionis. & idem Barto.in l.ij.§.ſi
publico.colum.ij.in fin.verſicu.
do regulas. prima eſt,&c.ff. de
192 adulte¶*Quinquageſimoter-
tiò, inquirit iudex ex officio in
dando aduocatos pupillis, pau-
peribus,& perſonis miſerabili-
bus, & maximè, ne à potētibus
opprimantur,& ſimiliter furio-
ſis.text.eſt in l.nec quicquam §.
aduocatos. & ibi Bartol. & do-
cto.ff.de offi.procon.& in l.j.§.
¶ ait prætor.& ibi gl. ff.de poſtu.
193 ¶*Quinquageſimoquartò,in-
quirit iudex de cōtemptu & cō-
tumacia procuratoris,qui admi
niſtrat negotia abſentis.nā po-
teſt illum ex officio remouere
ab adminiſtratiōe,& ſibi inter-
dicere officium procurationis.
tex.eſt in l.eū,qui res.C.de pro-
cura.per quem ita dixit Bal.in l.
mandatum,col.iiij.verſicu.ſexta
194 eſt,&c.C.mādati.¶*Quinqua
geſimoquintò, inqrit iudex ex
officio contra procuratorem:vt
doceat de mandato: ne iudiciū
efficiatur fruſtratorium. & hoc
poteſt facere iudex etiam poſt
litem conteſta. ſecundum Abb.
in cap. nulli.de accuſa. & habe
tur in cap. exceptionem.de ex-
195 cept.¶*Quinquageſimoſextò,
inquirit iudex de crimine ſacri
legij & plagij.text.eſt.& ibi Bar
tol.in l.iiij.§. mandatis. ff. ad l.
166 Iul.pecul.¶* Quinquageſimo
ſeptimò, inquirit iudex,ex offi-
cio contra non ſoluentes deci-
mas,& illos compellit ad ſoluē
dum,etiam nemine petente. ita
tenet Cardi.in clem.ij.in xxiiij.
197 queſt.de iud. ¶ * Quinquageſi
mooctauò,īquirit iudex ex offi-
cio de idoneitate tutoris, & quā
do mater petit dari vnum tuto-
rem filio ſuo. nam iudex poteſt
ex officio inquirere & videre ſi
ſunt alij legitimi tutores magis
idonei,quàm ille, quem mater
petit: tunc poteſt repellere peti
tum à matre,& dare alium ma-
gis idoneū. ita tenet Bald. in l.
precib⁹.col.vj.ver.& ſcias, quòd
mat.&c.C.de impub.& aliis ſub
198 ſtit.¶* Quinquageſimononò,
inquirit iudex ad faciendū ſepe
liri defunctum:cogēdo hæredes
ex officio,vt ipſum ſepeliant,&
poteſt ex officio vēdere res here

ditarias, vel compellere hære-
des ad vendēdum pro ſepultura
defuncti etiam ante aditam hæ
reditatē.text. eſt & ibi Bar.in l.
199 qui erat.ff.fami.erciſ. ¶*Sexa
geſimò,inquirit iudex cōtra agē
tem ſine actione, & cui non cō-
petit ius agendi:& poteſt ipſum
ex officio repellere à limine iu
dicij:vt no.glo.Bart. & do.in l.
vbi pactū.C.de tranſa. & Soc.in
conci.255.col.ij.in fi.ver.ij.&c.ī
ij. vol.Similiter repellit eū,quē
conſtat calumnioſè agere,vt di
cit idem Soci.in conſil. xxxviij.
col.pe. in princip.in j. vol.& de
hoc vide plenè per Fely.in cap.
200 ad aures.de præſcri. ¶*Sexa-
geſimoprimò,inquirit iudex ex
officio, q habet literas arbitra-
les in hoc regno de omnib' cri
minibus irrogantibus pœnam
mortis ciuilis,vel naturalis,vel
membri abſciſsionis,& de iniu
ria illata pupillo,viduæ, vel ec-
cleſiæ: vt eſt capitulum regni
quod incipit, ne tuorū. & aliud
quod incipit,ſi temporū. & iſta
duo capitula ſunt literæ arbitra
201 les.¶*Sexageſimoſecundò,in-
quirit iudex ex officio p ſyndi-
catores cōtra officiales ad ſyn-
dicatum de commiſsis & obmiſ
ſis in officio:nam contra eos po
teſt procedi non ſolùm ad que-
relam partium, ſed etiā per in-
quiſitionē:vt eſt regia prag.quę
202 incipit,regię dignitati.¶*Sexa
geſimotertiò,inquirit iudex cō-
tra frequētatores tabernarum,
contra luſores ad ludos prohibi
tos,& contra frequenter rixan-
tes & portantes arma,& contra
homines deambulantes per pla
teas & vicos,qui ſunt iuuenes ſi
ne arte,& non laborant,nec ha-
bent reditus,& vadunt bene ve
ſtiti.nā prçſumitur de eis omne
malum omnes enim iſti ſi fue-
runt conuicti per decem teſtes,
debent condemnari ad tēpus in
galeas ita dicit conſti.regni,hi,
qui.in prin.& ibi plenè hoc de-
clarat Matth.de afflic.in not. &
Paris in trac.ſynd.in verſ.inqſi-
tio.col.ij.vbi ſeipſum inuoluit,
allegando plura capitula & con
ſtitutiōes regni.in fine nihil cer
ti cōcludit.& tenet ibi Paris, ꝙ
ille numerus decem teſtium,eſt
hodie redactus ad quatuor, per
capitulū regni,qđ incipit, ſub-
iungēdo.in hoc puto,quod ma-
le loquatur:nam dictum capitu
lum;ſubiungendo, loquitur in
aliis terminis & delictis.vbi ve
nit pęna mortis, vel mēbri ab-
203 ſciſsio.*Et puto,ꝙ intentio il-
lius cōſti.hi,qui.dū requirit pro
bationē decē teſtiū fuerit: quia
id quod probatur per decem te
ſtes,efficitur notorium: vt dicit
Bal. in authē.quod locum. in fi.
verſi.decimò quæritur.C.de col
la.& in notoriis iudex poteſt in
quirere.l.ea quidē.C.de accu. &
habetur in.l.j.C.de cuſto.reo.&
dixi ſuprà ver.xxviij.& p iſtā ra
tionem puto illam cōſti.hi,qui.
nō eſſe correctam per capitulū
regni, qđ incipit generales. de
cuius intellectu dixi ſuprâ verſ.
xxxvj.



204 xxxvj. ¶*An autē in crimine
priuato poſsit inqri ex officio,
puta ī furto vel iniuria: vide Lu
cam de pen.in l.ſi vacantia.col.
iiij.verſi.in regno autem,&c.C.
de bo.vac.lib.x. vbi tenet ꝙ nō.
hoc tamē intellige, niſi delictū
eſſet notorium:vel eſſet cōmiſ-
ſum coram officiali. nam tūc li
cet ſit priuatum,poteſt de eo in
quiri:per ea,quę dixi ſuprà,ver.
xvij.&xxviij.not.Paris ī tra.ſyn
di. in verſ.inquiſitio.col.v.verſ.
& adde,&c. Eodem modo,ſi eſ-
ſet commiſſum vnum magnū
furtum,& neſciretur author,po
teſt iudex inquirere, mittendo
pro vicinis,& inueſtigando alia
indicia pro inueniendo fure,ſe
cundum Barto.in l.ſi.col.j.ff.de
quæſtio.& vide, quod not.gl.in
d.cōſti.hi,qui.§. de ſpecialibus.
& glo.& And.de yſer.in conſti.
præſenti lege. ij.& vide.Pari.in
d.ver.inquiſitio.col.iij.in prin.
Item,poſſet limitari, vbi furtū
trāſcenderet ſummam auguſta-
lis,quo caſu in regno eſſet pœ-
na mutilatiōis manus vel mor-
tis,ſecundū formā capituli re-
gni,ad hoc quòd noſtrorū, &c.
nam tunc iudex habens literas
arbitrales, poſſet procedere ex
officio,per illā literam arbitra-
205 lem,ne tuorum.¶*Vnum ta-
men ſcias,quòd licet hodie pro
furto ſit impoſita pœna mortis,
& ſic ſit altera pœna iuris com-
munis:tamen adhuc dicitur cri
mē priuatum,& non dicitur pu
blicū, ſecundum Lucā de pen-
na in quadā ſua additione,poſi-
ta in capitulis regni.poſt capitu
lū 215.quod incipit, cura nobis
&c.& declarat Iaſ.in l.pen.ff.de
206 cond.ob.cauſam.¶*Sexageſi-
moquartò,poteſt iudex inquire
re regulariter de oī crimine,
de iure canonico.ita tenet Gād.
in ſuo trac.male.in titu.quomo
do de male. cogno.per inquiſi.
col.ij.vbi ponit nonnulla requi
ſita,quæ copulatiuè requirūtur,
vt procedat inquiſitio de iure
canonico:de hoc habetur in ca.
inquiſitionis.& in c. qualiter &
quando.de accu.¶Plures autem
caſus, in quibus inquiſitio fieri
poteſt,perquirat ſtudioſus inue
ſtigator. hos autē cumulaſſe ſuf
ficiat,qui in mentem venerunt.
207 *Cuius autem expēſis debeat
fieri inquiſitio criminoſorū?dic
quòd expenſis fiſci, ſecundum
And.de yſer.in cōſti. iuſtitiarij.
208 la.iij.¶*Vltimò quæritur, qd
ſi inquiſitio eſt inepta,an valide
tur per confeſsionem inquiſiti.
vide Ang.in conſi.178.incip.vi-
ſis actis prædictis, &c. vbi tenet
tutius eſſe, quòd inquiſitus ab-
ſoluatur, & denuò poſteà apte
inquiratur.& hoc videtur termi
nare in deci.176.conſil. Neapo.
Rob.Maranta. V. I. D.

## *De denūtiatione, quæ eſt modus peruenien. ad iud.*

1 *Denuntiatio, quotuplex ſit.*
2 *Denuntiatio, in quo differat ab ac-*
*cuſatione.*
3 *Denuntiatio iudicialis priuata, quæ*
*dicatur.*

*dicatur.*
4 *Denuntiatio euangelica, quæ & vnde dicatur.*
5 *Euangelica denuntiatio, quando locum habeat.*
6 *Sententia iniuſtè lata. licet trāſierit in rem iudicatam: reſcindi tamē poteſt, per euangelicam denuntiationem.*
7 *Denuntiatio canonica, quæ dicatur, & quando habeat locum.*

EXpedita materia inquiſitionis, venio ad quartum modum ingrediēdi iudicium, ſcilicet, ad denūtiationē, prout pollicitus fui proſequi iſtos modos in principio huius ſextæ partis. Peruenitur igitur ad iudicium, quandoque per viam denuntiationis. & de hac eſt ſciendum,
1 *quòd denūtiatio, eſt triplex: ſcilicet, iudicialis, euangelica, & canonica. Denūtiatio iudicialis, eſt duplex, ſcilicet, publica, & priuata. Publica eſt, quādo ī iudicio deducitur aliquod crimen ad publicā vindictā ad denūtiā alicuius officialis vel alteri⁹ priuati, & iudex præcedēte tali denūtiatione, inqrit poſteà de illo crimine: vt dixi ſuprà in mate-
2 ria inqſitionis verſ. lij. *& iſta denūtiatio, eſt ſimilis accuſationi: vt dicit And. de yſer. in conſti. literas. in hoc tamen differt: quia denuntiator nō ſe inſcribit: nec facit partem in iudicio, ſicut accuſator: vt declarat Sali. in l. ea quidē. in prin. C. de accu. & Ange. in trac. male. in verſ. nec non ad denuntiam, &c. vbi plene tāgit materiam huius denūtiationis. Et in hac denuntiatione nō requiritur aliqua monitio, vt tenet Spe. in tit. de denuntia. §. ſecundo. verſ. publica. & de hac loquitur tex. in ca. j. §. ſanè. de cēſi. lib. vj. & Bar. plenè in l. diuus. ff. de cuſto. reo. & Bar. in extrauag. ad reprimēdam. in verſi. per denuntiationem. & Ang. in d. verſ.
3 necnon. ad denuntiā, &c. ¶ *Denuntiatio iudicialis priuata, eſt illa, quæ fit ad priuatū intereſſe, & commodū: vt quando aliquis filius vel ſeruus indebitè opprimitur à patre, vel à domino, & idem in omni alio oppreſſo ab aliquo potētiore, & ſimiliter in perſonis miſerabilibus oppreſſis: nam poſſunt hoc denuntiare in iudicio, vt per iudicem releuētur: vt not. Spe. in ti. de denūtia. § ſecūdo. verſicu. priuata. & Barto. in d. verſic. per denuntiationem, &c. & hanc denūtiationem iudicialem plenè declarat Abb. in capi. nouit. columna. 17. verſi. nunc condeſcendo, &c. de
4 iudic. ¶ *Secunda denuntiatio, per quam additur iudicium, eſt denuntiatio euangelica: & hæc eſt valde notanda: quia per eam reparantur multa, quæ ſunt auxilio iuris ciuilis deſtituta: vt dicit Barto. in d. extrauag. ad reprimendam. in verſicul. per denuntiationem. Et ideo dicitur euangelica: quia habuit originē ab euangelio: vt dicit Abb. in dicto capitu. nouit. colum. xvij. verſiculo vltimo, &c. vt traditur Matthæi cap. xviij. & Lucæ cap. xvij. dū dicit, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum primò inter te & ipſum. & hæc eſt prima monitio. & ſi te non audierit, adhibe tecū vnum vel duos. & hæc eſt ſecūda monitio. quòd ſi te non audierit, dic eccleſiæ. & iſta eſt denuntiatio euāgelica: per quā aditur eccleſia, & ſic iudex eccleſiaſticus, bina prius monitione præcedente: vt loquitur tex. in d. ca. nouit. & cap. ſi peccauerit. ij. q. j. & declarat Bald. in authen. ad hæc. colū. ij. in fin. C. de vſur. & pleniſsimè Abb. in d. cap. nouit. col. xj. cum
5 pluribus ſeq. ¶ *Et breuiter ad hanc denuntiationem recurrimus, vbicūque aliquis tenet indebitè aliquam rem contra conſcientiam & cum peccato: nam poteſt is, qui prætēdit intereſſe, adire iudicem eccleſiaſticū, formando libellum: narrando qualiter ille tenet dictam rem cum peccato, & contra cōſcientiam: propterea denuntiat ipſum eccleſiæ, vt eum corrigat à peccato, & compellat ipſum conſequenter ad rei reſtitutionem: & debet narrare qualiter præceſsit illa bina monitio, ſecūdum formam euangelij: quia aliàs hæc denuntiatio non procederet, ſecundum Specu. in titu. de denuntia. §. ij. verſi. item opponitur. & verſic. quod autem. & Bald. in d. verſicu. per denuntiationem. & Fely. in d. cap. nouit. col. penul. vbi ſequitur opin. Franc. de arc. ſcilicet, quòd etiam in delictis notoriis reqratur illa bina monitio: quicquid tenuerit Archi. in capitu. ſi peccauerit. ſecunda quæſtio. prima. & per hanc denuntiationem iudex principaliter intendit corrigere denuntiatum à peccato: quia iſta cenſetur denuntiatio charitatiua. Verùm quia à peccato deſiſtere nō poteſt, nec pœnitentiam agere, niſi rem ablatam reſtituat: vt declarat pulchrè Abb. in capitu. ad noſtram. el ij. de iureiuran. ideò per conſequentiam neceſſariam conſtringit denuntiatum ad rei reſtitutionem: non ſolùm per cenſuras eccleſiaſticas: verùm etiam per miſsionem in poſſeſſionem, ſecundum Bal. in d. Authen. ad hæc. colum. ij. in fin. & ſeq. C. de vſur. quem ſequitur Felyn in d. capitu. nouit. colum. fin. & iſte eſt bonus modus recuperandi rem per alium detentam, quando aliud ciuile reme-
6 diū deficeret. ¶ *Hinc dicimus, quòd ſi eſt lata ſententia iniuſta in fauorem alicuius, & tranſiuit in rem iudicatam, licet ſuccumbens ſit excluſus ab omni ciuili remedio tamē ſi is, q obtinuit, ſcit ſe iniuſtè obtinuiſſe, poteſt denuntiari eccleſiæ per hāc denuntiationem euangelicam, & compellitur reſtituere id, quod iniuſtè habuit, vt à peccato deſiſtat, ſecundum Abb. in cap. j. col. fin. de conceſ. præben. & poteſt conſtare de ſcientia obtinentis, quando fortè confiteretur extra iudic

iudiciũ ſe iniuſtè obtinuiſſe, vt
ibi dicit Abb. circa fi. Reliqua de
iſta denuntiatione dic, vt plenè
per Abb. Fely. & doct. in d. c. no-
uit. & Bart. in d. extrauag. ad re-
primendã. in verſi. per denũtia-
tionẽ. & in aliis locis ſuprà alle
7 gatis. ¶ * Tertia principalis de-
nũtiatio, dicitur canonica: ex eo
quia à ſacris canonibus fuit in-
troducta: & iſta eſt duplex: ſpe-
cialis, ſcilicet, & generalis. De-
nũtiatio canonica ſpecialis, fit p
eũ, cuius ĩtereſt habere bonũ prę
latũ, vel adminiſtratorẽ, vel ſub
ditũ, vt primo bis monitus, ſi eſt
ĩcorrigibilis, remoueatur ab of-
ficio & beneficio: & de hac loqui
tur tex. in c. j. de off. cuſto. & ĩ c.
licet Heli. de ſimo. Denuntiatio
verò generalis, dicitur illa, quæ
eſt publica. vi quando agitur de
matrimonio diſſoluendo, & de
eius impedimentis. & de hac lo-
quitur text. in c. ad diſſoluendũ.
de deſpõ. impub. & ĩ c. cùm inhi
bitio. de clãde. deſpõ. vt quando
duo volunt cõtrahere matrimo
niũ, & tertius denũtiat eccleſiæ
impedimentũ cõſanguinitatis,
vel aliud ſimile. ita declarat Ab
ba. in d. cap. nouit. colum. pen. in
fi. & Spec. in titu. de denuntia. §.
ij. verſi. canonica, &c.

## De iploratiõe officij iudi.

QVintus modus pueniẽdi ad iudiciũ. eſt p imploratione officij iudicis. Et hîc veniret diſcutiendum quotuplex ſit officiũ iudicis, & qualiter in eo procedatur: an requirat litis conteſtationẽ, & alia ſolennia iudicii. De quibus omnibus remitto me ad ea, quæ not. Barto. & Docto. ĩ l. j. ff. de iur. om iudi. & per gloſ. & cano. in cap. fin. de offic. iudi. Vnde venio ad proceſſum huius ſextæ partis iuxta ordinẽ propoſitum. & primò ſecundum ordinem videamus materiã citationis. Rober. Maranta.

## De citatione, primo membro iudicij.

1 *Citatio iudiciarij ordinis, eſt fundamentum, & ab ea iudicium incipit.*

2 *Citari debet vnuſquiſque prætẽdẽs intereſſe in iudicio, aliàs non valet actus: qui fit ſine citatione.*

3 *Citatio, eſt de iure naturali: nec poteſt etiam per principem obmitti.*

4 *Citatio in ſingulis actis iudiciarijs fieri debet*

5 *Citatio aduerſarij, fieri non debet: qui ſi præſens eſſet, non poſſet actum impedire.*

6 *Citatio non requiritur in exigendis tributis, datijs, & collectis, ſeu functionibus fiſcalibus.*

7 *Citatio in omnibus actibus, qui expediuntur per iudicem ante citationem partis, in cauſa principali non requiritur.*

8 *Partis citatio non requiritur in concedenda venia vocandi parentes, vel patronos in ius.*

9 *Citatio partis, an requiratur in productione inſtrumenti.*

10 *Sententia principis, ſeu imperatoris, vel ſacri concilij, an fieri poßit ſine citatione partis.*

*Pactum*



11 *Pactum de capiendo debitorem, vel eius bona operatur, vt capturu fieri poßit ſine alia partis citatione. etiã poteſt impetrari familia à iudice, etiam contra tertium poſſeſſorem. & nu ne. 38.*

12 *Præſens in iudicio, an debeat aliter citari, vel certiorari.*

13 *Citatus ob vnã cauſam, qui comparuit, an teneatur reſpõdere pro alia.*

14 *Citatio non requiritur contra debitorem ſuſpectum de fuga.*

15 *Actus expediri poteſt ſine citatione, quando periculum eſt in mora.*

16 *Sententia criminalis in fauorem abſentis, valet: etiam eo non citato. Secus, ſi contra abſentem feratur.*

17 *Sententia lata pro abſente non citato, valet in cauſa ciuili, vbi proceditur ſine figura iudicij*

18 *Citatio partis nõ requiritur in actu, qui fit vltima die termini.*

19 *Citatus qui ſtatim aſcendit equum, & receßit, vel dixit nolle comparere, non eſt vlterius citandus.*

20 *Citatio partis non requiritur in probatione, quæ ſoli iudici concludit.*

21 *Citatio non requiritur in actu expediendo, ſecundum conſcientiam.*

22 *Executor teſtamenti, cui datum eſt arbitrium diſtribuendi & eligendi pauperes, poteſt id facere ſine citatione hæredum vel alterius.*

23 *Citatio partis, nec præſentia requiritur in relatione agrimenſoris mißi per iudicem ad menſurandum.*

24 *Calculatores ſententiã ferre poſſunt, parte non citata.*

25 *Citatio partis non requiritur in iuramento deferẽdo ſuper taxatione vel liquidatione rerum ablatarũ, ſecundum formam l. ſi quãdo. C. vnde vi.*

26 *Teſtes examinãtur ſine citatione partis, damno ſeu furto in ſyluis paßo.*

27 *Mulier honeſta in domo examinatur ſine citatione partis.*

28 *Teſtis, cuius dicto neceßario ſtãdum eſt, examinari poteſt parte nõ citata.*

29 *Teſtis, de cuius morte vel receßu timetur, pte nõ citata, põt examinari.*

30 *Actus qui in conſequentiam tangit præiudicium alicuius, & non principaliter, eo non citato fieri poteſt.*

31 *Prodigo poteſt interdici adminiſtratio per iudicẽ, ſine alicuius citatione.*

32 *Fideiußoris citatio non requiritur in ferenda ſententia cõtra principalem.*

33 *Iudex qui tulit ſententiam interlocutoriam, à qua ſuccumbens appellauit, poteſt vſque ad diffinitiuam procedere ſine citatione partis, antè, quàm ſibi inhibeatur.*

34 *Contumax cõdemnari poteſt ad expenſas, ſine alia citatione.*

35 *In dando tutore ſine inquiſitione, quis citari non debet.*

36 *Citatio eius, qui latitat ne citetur, non requiritur.*

37 *Citatio non requiritur, vbi certũ eſt aduerſario nullã cõpetere defenſionẽ.*

39 *Citatio, à quo iudice fieri poßit.*

40 *Iudex an poßit citare ſuum ſubditũ exiſtentem extra territorium ſuum.*

41 *Iudex iuriſdictionem exercere poteſt in alieno territorio inter ſubditos ſuos, cum licentia domini illius territorij: & non aliter. Quod procedit in terris Baronis: ſecus in terra demanij Regis: quia põt ſine licentia.*

42 *Citatio per quem debeat fieri.*

43 *Nuntij quales perſonæ eſſe debeant.*

44 *Citatio poteſt per iudicem committi*

*priuato*

priuato, ac etiam famulo ſuo: imò etiam ipſi principali litiganti. Et quid reſeruatur in regno. nu. 45.

45 Executor poteſt quis per iudicē conſtitui in ſuamet cauſa.

46 Citatio in ſcriptis non cōmittitur in regno, niſi habenti publicũ officium.

47 Citatio fieri poteſt, etiam per actorum magiſtrum, habentem iudicis commiſsionem.

48 Iudex pro tribunali ſedens poteſt monere ſeu citare partem, vt tali die coram ſe compareat.

49 Monitio iudicis habet vim peremptorij, & trinæ citationis.

50 Citationũ ſex reperiũtur eſſe ſpecies.

51 Citatio tria extrema requirit, ſcilicet commiſsionem iudicis, & nuntij executionem, & relationem.

52 Citatio in ciuilibus valet ſine commiſsione ex generali conſuetudine. & num. 57.

53 Nuntio dicenti ſe citaſſe, quomodo & quando credatur.

54 Nuntij relatio, ex actis apparere debet, antè quàm actus in contumaciam fiat. alias actus eſt nullus.

55 Relatio nũtij, eſt actus ſubſtãtialis, qui die feriato fieri non poteſt.

56 Sententia lata cõtra cõtumacē, ante nuntij relationem, eſt ipſo iure nulla.

57 Relatio nuntij, poteſt fieri ſoli actorum magiſtro.

58 Citatio realis, capturam perſonæ importat.

59 Citatio realis fieri poteſt etiam in ciuilibus, quando debitor eſt ſuſpectus de fuga.

60 Iudex non debet aliquem capere, ante ſummariam fidem, & receſſus ſuſpicionem in ciuilibus. Secus in criminalibus.

61 Citatio realis ſine iudicis commiſſione fieri non poteſt.

62 Suſpectus de fuga propria authoritate, etiam per priuatũ capi poteſt, ſine iudicis commiſsione.

63 Citatio verbalis, quæ dicatur, & quæ continere debeat.

64 Locus an & quando in citatione inſeri debeat.

65 Citatio ſine certo die, an & quando valeat.

66 Hora, in qua quis comparere tenetur, an requiratur in citatione.

67 Citatus quãtum tempus habeat ad cõparēdũ. Et quid ſeruetur in regno.

68 Contumacia qualiter & quando accuſatur in regno: & quando circunducatur citatio.

69 Citatio an & quãdo valeat ſine cauſa: & an cauſam continere debeat.

70 Citatio ad audiendam intentionem curiæ, non valet.

71 Citatio ad reſpõdendum peititoni porrigendæ, an valeat. Et quid ſi petitio non porrigatur illo die citationis.

72 Verbum peremptoriè, an & quando in citatione apponi debeat.

73 Citatio per literas, vt valeat, quid contineri debeat.

74 Citatio de neceſsitate non requirit ſcripturam regulariter

75 Delegatus debet copiam ſui reſcripti in citatione inſerere: alias citatio non valet.

76 Perſona illuſtris & clariſsima, in ſcriptis citari debet.

77 Nuntio ſeu executori ad capiēda bona fiſco delata, vel ad exigēdas pecunias fiſcales, non creditur ſine literis.

78 Perſonam neq; bona nõ poteſt nuntius



tius ſine ſcriptis capere.

79 Nuntio ſpecialiter electo, non creditur ſine literis. & ſupra num. 45.

80 Citatio extra prouinciam, ſine ſcriptis facta, non valet.

81 Citatio ad domum, & non perſonaliter ſine ſcriptis, non valet.

82 Citatio per edictum, qualiter fiat.

83 Citatur per edictũ, qui perſonaliter non reperitur, nec habet certá domũ.

84 Per edictũ citatur, qui doloſe latitat, & impedit, ne citatio verbalis vel per literas poſsit ad eum peruenire.

85 Citatio fit per edictũ illius, qui degit in loco: qui propter guerras vel inimicitias vel alio modo non eſt ſecurus.

86 Clauſus in domo, qui perſonaliter haberi non poteſt, citatur per edictũ ianuæ domus ſuæ affixum.

87 Actor, qui porrexit libellũ, & litem non proſequitur, ſed ſe abſentat reo inſtante, poteſt per edictum citari.

88 Citatio per edictum, ſecundum conſtitutiones Regni.

89 Citatio fit per edictum, quãdo actus fiendus habet cõtradictores incertos.

90 Inſtitorem alicui apothecæ præpoſitum, volens reuocare, edictum ante illam apothecam publice proponere debet, vt nemo cum illo contrahat.

91 Clericus abſens citatur per edictũ affixum in valuis eccleſiæ ſui beneficij.

92 Epiſcopus volens electum in beneficio confirmare, edictum in valuis eccleſiæ exponere debet, contra ſua intereſſe putantes.

93 Tenens prædium tributarium, qui ſe abſentauerit, citatur per edictũ, & non comparens infra ſex menſes, priuatur prædio.

94 Vniuerſitas poteſt citari per edictũ

95 Citatio in caſibus, in quibus lex permittit fieri per proclama: in illis etiã poteſt fieri per edictum.

96 Edictum quanto tempore in loco affixum ſtare debeat, quando citatio per edictum fit.

97 Citatio per proclama, quæ dicatur.

98 Inuentarium quando faciendum eſt per hærēdē, fit citatio per proclama.

99 Litigator qui poſt litem conteſta. ſe abſentauit, & non habet domum, vel neminem reliquit in domo, per publicum proclama citari poteſt.

100 Citatio per proclama contra certã perſonam, in quo loco fieri debeat.

101 Abſens, qui nullibi reperitur, nec habet certam domum, poteſt per proclama citari.

102 Matrimonia antequam cõtrahantur citari debet cõtradictores per publicum proclama infra certum terminum: aliàs clandeſtina dicuntur.

103 Minor quãdo adiuit hæreditatem, & poſteà per in integrum reſtitutionem vult ſe abſtinere & repudiare, tunc citandi ſunt omnes creditores incerti per proclama, cum termino trium menſium.

104 Creditor poſterior poteſt citari facere anteriores per proclama, quãdo rem hypothecatam vendere vult. Et quid talis citatio operetur.

105 Epiſcopus expulſus per proclama in aliena diœceſi, poteſt expulſores citare: & contra eos procedere.

106 Pupillus, quando vult pati permiſſionem in poſſeſsionē ex primo decreto, citari debent eius conſanguinei per proclama.

107 Miſsio in poſſeſsionem, quando facienda eſt contra abſentem indefenſum, eius

*ſum, eius conſanguinei & amici per proclama requiri debent.*

108 *Hæres antequàm adeat hæreditatem, poteſt citari facere creditores per proclama, vt compareant ad edendum inſtrumenta debiti.*

109 *Teſtamentum quando eſt publicãdũ, fieri debet citatio per proclama.*

110 *Citatio per proclama vel edictum, ſemper poteſt fieri, quando aduerſarij ſunt incerti.*

111 *Citatio quæ fit per campanam ſeu tubam, quando locum habeat.*

112 *Vniuerſitas an in die veneris ſancti citari poßit ad ſonum tabellæ, ex quo non pulſantur campanæ.*

113 *Citatio fit per campanam, quãdo eundum eſt ad bellum.*

114 *Son' cãpanæ, quæ ſigna importet.*

115 *Citatio quando res agitur inter duos litigãtes, nõ debet fieri motu proprio iudicis: ſed ad inſtantiã partis.*

116 *Iudex videns inſtantiam perire, põt ex ſuo officio ad ſentẽtiã citare.*

117 *Citatio vt quis compareat die lunæ, martis & mercurij, an ſit vna, vel plures.*

118 *Citatio generalis ad totã cauſam, vt quis cõpareat ſingulis diebus & horis vſque ad ſentẽtiã, an valeat.*

119 *Citatio quando fieri debeat.*

120 *Citatio an valeat, quando dies termini cadit in diem feriatam. & an teneatur citatus tunc comparere in die ſequenti, vel precedẽti. nu. 123.*

121 *Citatio die feriata valet pro tali cauſa, quæ die feriata expediri poteſt.*

122 *Princeps citare poteſt in die feriata ad honorem Dei.*

124 *Citatio in quo loco per nuntium fieri debeat.*

125 *Citatio an fieri poßit in apotheca vel in porticu, ſeu ſtabulo remiſſiuè.*

126 *Citatio vt valat, quid ſeruare debet nuntius, quando commiſſa eſt, vt fiat perſonaliter, vel in domo.*

127 *Relatio nuntij, debet eſſe clara, ſcilicet vt referat ſe perquiſiuiſſe citatum, & non inueniſſe.*

128 *Citatus in domo, mulctatur in regno, ſi non comparet.*

129 *Citatio an poßit fieri in eccleſia.*

130 *Citatio vbi fieri debeat, quandò citandus domum certam non habet.*

131 *Citatus in quo loco teneatur comparere.*

ADNOTATIO.

AVTHOR in Operis partitione, ſuos Tractatus ſex partibus claudere cõſtituit: quod nobis fuerit argumento, illũ hîc non (tãquam ἐκ διαμέτρου ſecũ pugnãtem) ſubuenire ſeptimũ ſui corporis membrum quippe qui patefactis gradibus ad iudicium, iam è re nata occaſione ipſius membra exactiſsimè acutiſsiméq; excutiat. Sunt enim, nõ ἰσαγώγαι, ſed conſequentia.

1 PROPOSVI* in
principio hui' vij.
partis, ꝙ prima
pars iudicij conti
net decem mem-
bra. Quorum primũ, eſt citatio:
quæ citatio meritò præponitur
in ordine: quia ab ea incipit iu-
dicium, vt in §. fi. inſti. de pœna
te. liti. & probatur ex ordine ti
tulorũ in ff. veteri. nã Iuriſcõſul
tus volens tractare de iudiciis,
primò poſuit iuriſdictiones iu-
dicum:



dicum: & poſteà appropinquan
do ad materiam iudiciorum, po
ſuit titulum de in ius vocando,
vt deſignaret ꝙ ab eo incipit
iudiciũ, vt declarat Bar. in rubr.
ff. ne quis eum, qui in ius voc. &
dicitur citatio, fundamentũ or-
dinis iudiciarij, ſecundũ Spec.
in tit. de cita. in princ. ¶ Et quo-
niã materia citationis per mul-
tos ſcribẽtes in ſuis tractatibus
ſatis abundè eſt ventilata, ideò
ne arroganter videar alienos
mihi vendicare labores, breui-
ter ſuper ea pertrãſire decreui.
Et ſolùm pro introductione iu
uenum in practica, maximè in
hoc regno, attingã quod ſerua-
tur de iure municipali huius re
gni in materia citatiõis: & qua-
liter ius cõmune limitetur ſeu
corrigatur in hoc regno: qa hoc
eſt principale meum propoſi-
tum, vt regnicolis, aduocatis, &
aſſeſſoribus morem gerã. Vnde
ad materiam citationis appro-
pinquans præſuppono, quòd in
qualibet citatione ſunt conſide
randa ſex dubia: videlicet, quis,
à quo, per quẽ, qualiter, quãdo,
& vbi: qbus ſex examinatis, bre
uiter, & ſuccinctè erit expedita
materia huius primi membri.
2 ¶ *Venio ad primum dubiũ, ſci
licet, Quis ſit citãdus. breuiter
concluſio eſt, ꝙ is debet citari,
qui prætendit intereſſe, ſeu po-
teſt lædi ex aliquo actu, qui fie-
ret in iudicio, aliàs ille actus nõ
valet. l. de vnoquoque. ff. de re
iud. l. nam ita diuus. ff. de adop.
& l. ſi quando. & ibi Bal. C. de te
ſti. & c. ij. de teſtib. Sic ergo, qui
vult litigare contra aliquẽ, ante
omnia debet citare ſuũ aduerſa
rium in iudicio: aliàs proceſſus
3 nõ valet: * quia citatio eſt inuẽ-
ta de iure naturali, & eſt ſpecies
defenſionis, & nullo modo po-
teſt obmitti, etiã per principẽ,
vt eſt tex. in cle. paſtoralis. §. cæ-
terùm. de re iud. & not. Bal. in. l.
cùm fratrẽ. in fi. verbis. C. de his
qui. vt ind. & Soc. in cõſ. xij. col.
ij. in j. vo. vbi ponit exẽplum, ꝙ
4 Deus citauit Adã. * Et debet fieri
citatio in ſingulis actis iudicia-
5 rijs, vt d. l. de vno quoq;. ¶ * Li-
mita primò, iſtã cõmunem con
cluſionẽ nõ procedere, quando
aduerſarius eſſet talis, qui etiã
ſi eſſet præſens, nõ poſſet actum
impedire nec cõtradicere: quia
citari nõ debet: & valet actus e-
tiam ſine eius citatione. ita per
plura tenet Ale. in l. recuſare. in
prin. ff. ad Treb. & Pau. de Ca. in
cõſ. xxxiiij. col. pe. in ij. vol. per
tex. in l. iiij. §. j. ff. de fide. libe. &
Bal. in l. nec quicquã. §. vbi de-
cretũ. ff. de offi. procõ. & ibi Iaſ.
6 in iiij. col. ¶ * Secũdo, limita nõ
procedere in exigẽdis tributis,
datijs, & collectis ſeu functioni
bus fiſcalibus: qa proceditur de
plano, nullo ſeruato iuris ordi-
ne, & ſine citatione, ſolum exi-
gendo & cõpellendo debitores
etiã nõ citatos. ita ſingulariter
tenet Bal. in cõſ. ccccxxxiiij. in-
7 cip. licet. in iij. vol. ¶ * Tertiò li-
mita nõ procedere in omnibus